



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1869

De Beata Philippa Virgine De Campo-Milano Dicta, Viennæ Allobrogum In
Gallia Commentarius Prævius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70595)

A nostri Breviarium istud, ac proin Officium ecclesiasticum ea in diœcesi neutiquam videtur obtinuisse.

e mde mque
habet, aut ve-
rosimilitus ha-
buit

9 Modo, num B. Galterus, ut martyrologi innunt, honore aliquo Sanctis proprio Autissiodori afficiatur est inquirendum; nec id definire, ita sane in promptu est: extitisse quidem B. Galterum hujus civitatis præsulem, una cum Galliæ Christianæ scriptoribus, D. Lebeuf, ac Beau-
nierio vero minus conforme asseruimus, verum, utrum hacce in diœcesi cultu ecclesiastico afficiatur, historiographi isti non indagant, cumque B. Galterum Saussayus, et quidem primo loco, aliique Autissiodori annuntient, dubium saltem mihi iniecerunt, num forte ibidem ecclesiasticus quidam cultus eidem exhibeatur; nec leviter dubium hoc auxit, imo pene illud sustulit, duplex in MS. nostro Codice, S. 19 signato, ea de re Instrumentum: prius quidem (quod humanissime Majoribus nostris D. Noël senior Autissiodorensis ecclesiæ canonicus anno 1662, VII Augusti transmisit) hunc præfert Titulum: Kalendarium ecclesiæ et diœcesis Autissiodorensis, illudque de Beato nostro ad XV Octobris hæc habet: XV Octob. B. Galterus. eps. conf. Aliud autem Gallicum (cujus verba Latine reddo, cujusque is est titulus: Honor et felicitas piæ civitatis Autissiodorensis ad normam martyrologii) meminit Beati nostri hodie his verbis: XV B. Galterus episcopus Autissiodorensis sepultus Quinciæ in Diœcesi Lingonensi [De S. Galtero silet tamen Martyrologium Autissiodorense jussu Caroli de Caylus anno 1751 editum.]

10 Liqueat hinc B. Galterum cultu aliquo Autissiodori forte gaudere, aut verosimilius (silet enim id, de cultu, quem Quinciæ Beatus habet, disserens, D. Lebeuf hujus sæculi historiographus) lavisum fuisse, ast quali, haud facile dicæro: præ manibus namque habeo tripleæ Autissiodorense Breviarium, duo quidem antiquiora anni, cum prioribus paginis sint mutila, mihi ignoti, recentius autem tertium Parisiis anno 1736 est impressum, quæ omnia ne verbo quidem (die XV Octobris ubique S. Leonardo sacra) de B. Galtero mentionem faciunt, uti nec anni 1520 Directorium; ita ut, quo qualive cultu honoratus Beatus noster Autissiodori fuerit, similiter assequi haud potuerim. Nec certior est ejusdem martyrii species, cum nemo singulatim, quibus suppliciiis is extinctus fuerit, me inscium doceat; cum tamen plerosque inter auctores (quibus quidem Kalendarium num. præc. citatum refragatur) eundem anno 1244 martyrium subisse, conveniat, his certo, quamvis determinatam mortis speciem nesciam, non est animus contraire; verum Beatum nostrum aut hodie, aut, si recentiori schedulæ num. 6 citatæ fides habenda sit, XVI Kalendas Octobris, seu XVI Septembris martyrio, cum iisdem arbitror, vilam finivisse, inque Quinciæ templo fuisse sepultum, cujus demum sacræ Reliquiæ anno 1691, ut modo vidimus, auctoritate Lingonensis episcopi fuere elevata, ac ante altare majus, si schedulæ sæpe dictæ fides, aut ad sinistrum decussati chori latus, si D. Lebeuf credimus, honorifice fuere collocatæ.

AUCTORE
M. S.
Autissiodori,
ac vicere
Quinciæ
martyrio co-
ronatus destit,
inque abbatia-
li templo se-
pultus fuit.

D

E

DE BEATA PHILIPPA VIRGINE

DE CAMPO-MILANO DICTA,

VIENNÆ ALLOBROGUM IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

M. S.

§ I. Paucis Virgo hæc nota est Martyrologis; binæ illius Vitæ; una ex his edenda.

C

ANNO
MCCCLII
Paucis Virgo
hæc, Castella-
ni nempe Uni-
versali, Sasu-
sayi, et Arturi
ac binis

Quamquam Virgo Philippa omnibus fere, qui de rebus Viennensibus historiam texuerunt, illiusque tempora subsecuti sunt, notissima sit scriptoribus, non ita tamen se res habet apud Martyrologos: tribus enim impressis Saussayi nempe, Universali Castellani et Arturi tantum extat inscripta Martyrologiis: Saussayus quidem sequens illius hodie in supplemento exhibet elogium: Viennæ transit Beata Philippæ de Campeliman, quæ post vitæ sanctissimæ decursum ad Sanctum Mauritium in claustrum ad altare Sanctæ Mariæ tumulata, intra annos decem sexdecim mortuos suscitavit. Ita, ast Ordini Piorum tantum Virginem hanc inserens, Saussayus: Castellanus vero Beatis eandem annumerans, gallice, quæ latine reddo, habet sequentia: Viennæ insuper (præmiserat S. Deodatum, de quo supra actum est) Beata Philippæ de Campo-Telimo Virginis.

Arturus autem in Gynæcæo Sacro his verbis eam celebrat: Viennæ Allobrogum depositio Beata Philippæ vita et miraculis gloriosæ. In Notis vero, expressis perperam quibusdam nominibus, Rinaldo infra citando consentanea scribit. His accedunt bina penes nos MSS. Martyrologia; prius quidem, cujus titulus est Martyrologium Sanctæ Viennensis ecclesiæ, etc., his verbis Beatam nostram annuntiat: Viennæ in Gallia beata virgo Philippa de Campo-Milano vocata, Burgundina, quæ piis operibus, ac pauperum sollicitudinibus addicta, clara miraculis migravit ad Sponsam anno 1451 ætatis vero 50, sedente Viennæ Joanne de Nory archiepiscopo LXXXVI, quæ tumulata ante fores capellæ B. Mariæ diu miraculis corruscavit.

2 Aliud vero, cujus hic Titulus est: Ordo et series Sanctorum sanctæ et antiquæ Viennensis ecclesiæ, etc., sequens, ac prolixius habet encomium: Idibus

MSS., extat
inscripta mar-
tyrologiis, uti
et

AVCTOR
M. S.

A Idibus Octobris obiit Viennæ B. Virgo Philippa de Campo-Milano nuncupata Burgundina anno 1451, ætatis suæ 50 annorum, Nicolao quinto Papa sedente. Quæ claris e parentibus progenita, Viennæ longo tempore degit in obsequio nobilis dominæ Annæ de Nory sororis reverendissimi P. Joannis de Nory tunc Viennensis archiepiscopi octuagesimi sexti. Hæc cum domina sua quotidie cultui divino mancipata, et operibus pietatis addicta ad tantam devenit sanctitatem, ut omnibus forma esset recte ac pie vivendi. Et cum Romæ sacro jubileo interfuisset, cum domina sua pedibus suis anno 1450 sub præfato Pontifice maximo, ipsa rediens domum, plena pietatis operibus ac miraculis ante et post obitum, feliciter migravit ad Dominum, tumulata in æde sacra Majori Viennensi, ante fores capellæ Majoris B. Mariæ Virginis, cujus miracula post mortem innumera a clericis excerpta in archivis ipsius ecclesiæ clausa et custodita remanserunt. *Martyrologis annuerandus Jacobus Rinaldus, qui in suis Liliis seu Floribus Galliæ Sanctæ Divisione anno 1643 typis editis, compendiosam B. Philippæ Historiam parte altera cap. r (a) tradit hujusmodi.*

Rinaldi Liliis

B 3 Beata Philippa de Chamteliman pedissequa nobilis. Facit in hoc libello post mortem Philippa, quod fecit in vita, sequitur nobiles nobilis ipsa, sed ancilla et pedissequa nobilissimæ fœminæ, archiepiscopi Viennensis sororis. Si tamen ancilla dicenda sit an domina, quæ morti sic imperavit, ut solo decennio sexdecim mortuos mortua suscitavit, heu quid non potuit viva quæ tantam potuit mortua, ut illi dominaretur, quæ omnibus etiam potentissimis dominatur regibus! et quisquam stupeat, si cæcis duobus oculis reddidit, foresque carceris tribus aperuit captivis? Nullo negotio fores aperit et fenestras, qui ædificia ipsa restaurat. Si octo periclitantibus in partu mulieribus adfuit, et earum servavit fructus; facile in limine vitæ constitutos introducit, qui terminum transgressos ad vitam reducit. At quod rabie efferos quatuor pristina restituit sanitati, mulierem cum marito, capitali dissidentem odio, conciliavit; hominem a demonum liberavit præstigiis; et id genus alia edidit miracula; se morientem ascendisse loco et potestate, et ex ancilla late dominam factam esse probavit, nec injuria: debuit enim potentia, et miraculis præire, quæ corporeis licet heram secuta sit passibus, virtutibus longe præcessit. De quibus, si abdidit, qui Philippæ Vitam scripsit author, e tot tantisque miraculis satis conicere possumus.

seu Floribus

C 4 Si enim summa non fuisset animi demissione, ad tantam non eveheretur gloriam ab eo, qui summus ima respicit, despicit summa: mortuos haud quaquam suscitasset, nisi vividam sub pectore aluisset fidem: nec cæcis lumen redderet, nisi viva tenebras amasset suas: demum tantis a cælo non donaretur præmiis, aut laborum mercede, nisi ancilla optima divino numini bene servisset. *Hicce porro quadruplicem notam idem Rinaldus subnectit, prior quidem Beatam nostram, utrique biographo aliisque conformis, e loco Changy oriundam continet, altera vero eandem famularem operam præstitisse dominæ de Nory, tertia sexdecim mortuos B. Philippæ patrocinio suscitatos ex monumentis ecclesiæ Viennensis Sancti Mauriti, in cujus claustris ea sepulta fuit, asserit probari: verum in quarta Rinaldus, Compendio Vitæ gallico quamquam fere consonus, longiuscule tamen ab aliis recedit; licet enim, ut et scriptores reliqui Beatam nostram diem obiisse extremum anno 1451, xv Octobris annotet, id tamen, a cæteris omnibus discrepans, una cum*

(a) p. 337.

D *Compendio Vitæ gallico, cujus tamen error, ut infra dicemus, verosimilius amanuensi tribuendus, anno ætatis B. Philippæ 39 contigisse, perperam, ut postea videbimus, annotavit.*

E 5 Quidquid porro jam ex Rinaldo attulimus, ipse, se ex Jacobo Gauterio hausisse innuit: sequentia enim notis prædictis Rinaldus subjungit: Ex Jacobo Gauterio in Tabulis Chronolog. 15 sæculo, p. 754 in postremis editionibus. Verum præ manibus habeo Tabulam Chronographicam status Ecclesiæ Catholicæ a Christo nato ad annum 1614 auctore Jacobo Gauterio Lugduni sumptibus Horatii Cardon anno 1616 typis vulgatam, uti et alteram Colonie sumptibus Petri Henningii eodem anno impressam, in quarum tamen sæculo decimo quinto ne verbum quidem de B. Philippa Viennensi Virgine datur reperire; hinc in posterioribus editionibus, quas inspicere modo non licet, auctiores apparuisse Gualterii lucubrationes, non est, cur ambigamus: de industria enim Rinaldus voces has in postremis editionibus propterea videtur adiecit. Utinamque se res habeat, si ætatis annum 39, qua B. Philippam obiisse scribit, secluseris, utrique biographo, Miraculorum Prologo, aliisque, sat consona Rinaldus asseruit; miracula vero, quæ is generatim astruit, infra Actis subnectemus. Ad Beatæ nostræ biographos, Vitasque, ut, quæ huc spectant, indagem, modo me convertito.

Gallie Sanctæ:

F 6 Insinuavimus jam supra duplicem penes nos esse B. Philippæ Vitam: harum una idiome gallico, altera vero latino, quam et Commentario huic subjungemus, est conscripta; submisit posteriorem nobis, ut in margine notatur, de Museo nostro bene meritis R. P. Chiffletius S. J. sacerdos, estque ea e vetusto Codice descripta: sequentia enim, cum de Miraculis agere Chiffletii MS. exorditur, in hanc rem habet: Idem ille vetustus Codex manuscriptus, unde Vita deprompta est, quam plurima fuisse percenset miracula: anonyma quidem Vita hæc est; verum ab æquali, qui ab anno ætatis illius vigesimo B. Philippam probe cognitam habuit, quemque illa benevolentia an familiari colloquio dignata fuit, ea est litteris exarata, quod num. 5 luculenter his verbis biographus testatur: Hactenus, inquit, quamvis ex audito, certis tamen auctoribus comperta locut sumus, quæ fuerit Philippæ usque ad vigesimum ætatis annum educatio atque virtus. Reliquorum triginta, quibus sancta civitas Vienna tantarum virtutum ingenti quasi theatro sitarum spectatrix fuit, historiam eo scribam lubentius, quod ea dicturus sim, quæ et egomet oculis hausi, et quamplurimis aliis sunt notissima, quos illa juxta atque me benevolentia sua, familiari colloqui et frequenti apud Deum patrocinio dignata est.

ejusdem Virginitas Vita penes nos duplex est, gallica una, ab altera

G 7 Fidem ergo procul dubio biographus meretur integram; ast dolendum summopere, quod generatim plerumque ea, quæ ad Beatam nostram spectant, breviterque nimis perstringat: quis vero qualisve latinus biographus fuerit, nullibi innuit: verum tamen sese B. Philippæ, cum Viennæ demoraretur, familiarem asserit, ut modo vidimus, extitisse, ex quo Viennensem illum, et forte presbyterum fuisse, fas est colligere; forte, inquam, presbyterum: miraculorum enim prologo, qui Vitæ latinæ velut compendium est, nec nisi in paucis ab eadem discrepat, sequens præfigitur exordium: Prælium Miraculorum Virginis Philippæ a quodam presbytero Viennensis ecclesiæ antiquitus editum. Ex MS. D. Joannis le Lievre. Hinc forte ab eodem biographo et miracula (cum omnia, secluseris sex posterioribus, a morte

latina anonyma, ast ab æquali conscripta,

Beatæ

A Beatæ hujus nondum elapso decennio contigerint) fuisse collecta, haud imprudenter conjici posse videtur; nam, ut num. præc. dicimus, vitam, et miracula idem vetustus codex continebat. Utrumque se res habeat, synchronus est biographus, et ipsimet B. Philippæ familiaris, rerumque ab ipsa præclare gestarum per triginta posteriores annos testis extitit ocularis, quæ omnia ad fidem conciliandam summo opere faciunt.

in paucis discrepant, imo

8 Quod modo ad Gallici Vitæ Compendii auctorem attinet, is magis etiam mihi ignotus est, ne minimum enim, unde utrumque dignosci possit, sui indicium præbet: subicitur quidem apographo nostro hæc gallice nota, quam (quod, quoties de ipso sermonem habeo, Lectorem præmonitum volo) latine reddo: J. L. vir nobilis ejusdem ac Virgo loci, cujus nomen latet, asseruit, sese octodecim annorum tempore familiariter cum Virgine hac fuisse conversatum, bibisse ac comedis; is ipse veteri lingua gallica temporis isti propria, vitam, mores ac conversationem ejusdem scripto mandavit. Verum Compendium id, quod præmanibus habeo, nec antiqua lingua gallica, saltem quæ decimum quintum sæculum reddeat, nec ab eo, qui Beatam Virginem de facie novit, est conscriptum: ne verbum enim hac de re, secus ac latinus biographus, Compendii auctor facit. Porro, de Vita hac antiquo idiomate gallico exarata ullerius mihi nihil innotuit, nisi quod eadem, ut modo dicam, Patrum citationibus aucta extiterit, aut me incio forte etiamnum existat: discrimen vero Compendium Gallicum inter et biographum, attentis iis, quæ infra de ætatis anno, cum morti Beata nostra succubuit, dicemus, est exiguum, ac utriusque eorundem fere sibi simile; in reliquis ordo perperam quandoque invertitur, ac hinc et inde quædam occurrunt discrepantiæ; has, si ad rem facere videbuntur, hocce in Commentario, servato ordine chronologico proponemus, unde ut Vitam hanc, latine quamvis modo a me reddidam, typis divulgem, necesse non neguam reor.

et tertium quamdam Vitam, Patrum citationibus auctam;

9 Jam vero quædam de Vita illa, quæ Patrum citationibus aucta, ut statim vidimus, prodit, disseramus: extitisse eam, aut forte etiamnum existere, luculenter satis Vitæ Gallicæ, quam coram habeo, subnotatur; cum enim virum nobilem, de quo supra, Vitam moresque B. Philippæ scripto mandasse apographi auctor, aut is forte, qui nobis idem benevole submitit, indicasset, subnectit sequentia: Hac, nempe Vita antiquo idiomate gallico conscripta, usus J. L. (Joannes Lièvreus?) Vitam aliquanto prolixiorum texuit, et Sanctorum Patrum citationibus auxit, sed quoad substantiam aliud nihil continet, quam quæ hic recitantur. Unde revera, nos ea carere, factura plane est exigua, cum ornamenta ea, ac phrasilogiæ plerumque ad rem parum aut nihil conducant. Insuper fortassis ea ipsa, quam habemus, Vita Gallica hujus prolixioris est compendium, e latino in gallicum translaturum, quod ut opiner, sequentia me movent: auctor is, qui Vitam hanc Gallicam edidit prolixioris sibi latinam præluxisse, aperte satis innuit, eamque ab illa, quæ penes nos est eo idiomate conscripta, ut modo dicemus, diversam. Prolixior enim præluxisse titulus Vitæ nostræ, qui ita habet, evincit: Compendium Vitæ beatæ Virginis Philippæ de Campomilano defunctæ Viennæ anno 1451 decimaquinta Octobris anno ætatis suæ 39. Extractum e manuscripto. Si ergo Compendium, quod præmanibus habeo, e MS., quo careo, sit extractum, procul dubio MS. prolixius fuisse, consequens sit, oportet.

10 Vitam porro eam, quam Compendii auctor contraxit, latine fuisse exaratum ejusdem Compendii epilogus probare videtur, quem latine Vitæ Gallicæ scriptor in hunc modum eidem subnectit: Et pro coronide virtutum illius is vitæ finis est. Pergitque, ast indiomate latino: Pretiosa vultu, blanda aspectu, ore placida, patientia fortis, amica pacis a cunabulis noscitur totis visceribus Deum dilexisse, avide audiens ejus verbum super aurum et topasium, in hoc miro modo anima ejus reficiebatur, et ut ad amorem suum aliquando pertingeret Sponsi in jejuniis, vigiliis, ac orationibus suam exerevit vitam, omnibus horis canonicis, dempta aliquando nona propter refectionem, intererat; inter agenda mensa contemplatione, lingua ab oratione, manus a bono opere numquam cessabat. Loquendi modestia, agendi cautela, silentii taciturnitate vigeat, et licet omnia bona in ea florent, tamquam inutilis, infima omnium, et indigna omni bono vivebat, et ut concludam, data est in exemplum non solum adolescentulis, sed etiam viris et mulieribus in vita activa constitutis. Sequitur hinc, Compendium id gallicum e prolixiori latino, eo idiomate in epilogo servato, gallice a Lièvreus fuisse verosimiliter translaturum; id enim quoad miracula, quorum maximam partem non nisi gallice habemus, is, qui hæc nobis submitit, aut annotavit, aut ab alio notatum, his miraculis subjunctis transcripsit verbis: Conclusio Joannis le Lièvre, ut videtur, qui et forte hæc, id est miracula, gallice reddidit.

AUCTORE M. S. quæ Gallicæ nostræ auctori forte præluxit, D

11 Diversam vero a nostra Vitam hanc latinam fuisse, luculenter conficit is, quem numero superiore vidimus, epilogus: præterquam enim, quod ne verbum quidem illius in apographo nostro reperitur, egregia est, ni amanuensis incitua contigerit, in ætate, cum morti Beata nostra succumberet, assignanda discrepantia: rem ita Compendium Vitæ gallicum, latine tamen conficit: Demum anno Dominicæ Incarnationis MCCCCLI in mense Octobris morbo epidemiæ defuncta ætate xl vel circa, ita ut propria * alimenta Spiritualibus * tota junior appareret, quo feliciter in Domino diem extremum ageret, ante fores cœnaculi B. Mariæ de capella intra claustrum S. Mauriti per dominos dictæ ecclesiæ deportata, honorifice extitit tumulata. Contra vero Vita edenda B. Philippam non anna ætatis suæ circiter quadragesimo, ast quinquagesimo his verbis obisse tradit: Avolavit ad Sponsi beatos amplexus an. 1451 idibus Octobris quinquaginta circiter annos nata, quamvis ex vivida lineamentorum temperatura quivis longe natu minorem pronuntiasset. Aliam ergo quamquam Vitam, et forte eam, quam supra Patrum citationibus auctam dicebamus, quas is resecevit, Compendii Gallici auctori præluxisse, hinc consequatur, oportet. Præmissis modo hisce, quæ biographos B. Philippæ proprie contingunt, ad rem ipsam properemus, Actorumque seriem discutere aggrediamur.

*propter *spiritualia

§ II. Locus Beatæ natalis: illustres parentes: pia pueritia: cum matre castri Changyacensis curam gerit.

Nata est B. Virgo Philippa in pago Forensi seu Foresiensi, qui in Superiorem Inferioremque dividitur; ast num Superiore, num Inferiore

Nata est Virgo hæc in loco Changy dicto prope Crozetum orta

AUCTOR
M. S.

orta sit, eorum, qui de illa agunt; diserte nullus expressit; eandem equidem Inferiore (quod Foresium absolute vulgo le Forez dicitur) ortam esse, haud livia suadent argumenta: præterquam enim, quod nemo Superioris meminerit, iuxta Crozetum Foresiensis tractus oppidum in arce Changy B. Philippam biographus, compendium Vitæ Gallicum, Miraculorum Prologus, aliique natam esse, unanimiter affirmant; locus porro is, Crozetum nempe, Geographiæ Blaeviae voluminis septimi Inferioris Foresii metropoli Rodumna quinque fere milliariis communibus Septentrionem versus abest, totidemque fere eadem via Palicia, seu Palissa, uti biographus habet, Borbonensis tractus oppido: ast arcem Changyacum prope Crozetum ibidem haud reperio, pag. tamen 209 ubi Lugdunensis, Foresisque exhibetur tabula, eidem Crozeto duplex vicus. Changy dictus, pari fere distantia Septentrionem versus unus, Orientem versus alter adjacet, quorum uno procul dubio Philippa nostra exstitit oriunda: Crozeto enim, ut fortassis ab homonymis distinguatur, Changy vicinum esse, laudati scriptores indicarunt; ast quidem utri e duobus divinandum reliquerunt. Reperi similiter arcem vicinæ Changy (vernacule bourg) in Dictionario Vosgien in generalitate Lugdunensi, quæ Foresium utrumque complectitur, illiusque Electio quarta (adi Dictionarium Martinière voc. Changy) Rodumnam, ut dixi, Inferioris ejusdem Foresii metropolim. [Changyacum, patria B. Philippæ videtur esse ille vicus qui medius jacet inter Rodumnam (Roanne) et Crozetum; dicitur quidem Lugdunensi Provinciæ accenseri apud Expilly Dict. Géogr. de la Fr., sed totus Foresiensis tractus Lugdunensibus adscribebatur. Hodie iste locus ad diocesis Lugdunensem, sub parochiali ecclesia La Pacaudière pertinet, intra præfecturam Ligeris (Dépt. de la Loire): Changyacum in Borbonensi tractu nimum distat, scilicet leucis gallicis triginta, a Foresiensi provincia, quam ut eidem attribui possit; cfr. mappam Cassinianam. Notare juerit indicatum supra Changyaci vicum ad Claromontanam ecclesiam spectare, ut dicit Maupertuys n. 18 citatus, Changyacum Burbonensis in episcopatu Bituricensi censi.]

Foresiensis
tractus, qui
pars est ducatus

13 Nata est, igitur B. Philippa in pago Foresi ac arce Changyaca; ast litem quamdam movere videntur biographus, Miraculorum Prologus ac sup. cit. MSS. Martyrologia: trifariam enim dividuntur; Martyrologia namque illam Burgundinam appellant; verum id non ideo, quod strictè e Burgundiæ ducatu extiterit oriunda; sed quod Foresium quondam (adi Martinière ad verbum, Forez) Burgundis principibus paruerit, id martyrologos scripsisse, non ambigo: contra vero miraculorum Prologus eam e ducatu Borbonio ortam, et biographus eam in Boiis natam habent: ast qua ratione miraculorum Prologus eam e Borbonio ortam dicat, e Baudrando accipe, qui sequentia ad verba Borbonensis provincia in hanc rem tradit: Borbonensis provincia... ducatus titulo, inquit, insignita, ubi alias Boi propuli: ejus termini a Septentrione Nivernensis provincia, ab Oriente Burgundia, ab Occidente Bituricensis provincia cum Marchia et a Meridie Alvernia, quæ Foresium interjacet; luculentius etiam in hunc modum id in suo Dict. Univ. Corneilius conficit, en verba illius: Rodumna urbs Franciæ sita in diocesi Claromontana ad Ligerim fluvium, ac in Foresi, qui pars est ducatus Borbonensis, comitatu. Ita ad verbum Roanne gallice Corneilius; jure igitur Beatam nostram Prologi auctor e Bor-

bonio ortam affirmavit; manifestumque fere fit, cur in Boiis B. Philippam biographus asserat fuisse natam; quod enim per ducatum Borbonium Prologi auctor, id brevius per Boiis biographus expressum voluit.

Borbonensis,
oppidum.

14 Suadent enim hoc ea, quæ modo e Baudrando vidimus, confirmatque Hadrianus Valesius, pluribus de Boiis gente Celtica disceptans, ac eosdem Notitiæ Galliarum ad verbum Boji, cum Plinio in Gallia Lugdunensi vel Celtica inter Carnutes et Senones ponit, nec difficulter, ut ait, accedit Coquillio, asserenti Hist. Nivernensis (a): Partem pagi Burbonensis, sed eam tantum, quam Liger et Klaver claudunt... Boios veterum esse. Addit Coquillius Burbonensis pagi primum fuisse Burbonem modo, Muratam atque Cantiliam: postea eum pagum sensum crevisse, et de Biturigibus, de Avernis, de Foresibus (nota) seu Segusianis, et de Nivernensibus multa sibi loca adjunxisse. His accedit D'Abbeville in Opusculo, quod Animadversiones in Galliæ antiquæ tabulas inscripsit, ac sequentia num. 44 habet: Boii, Borbonensis provincia, et forte quædam e vicinis loca. Adstipulantur et novissime Majores nostri Tom. III Octob. in Notis ad Acta S. Leopardini (b), ubi hæc verba sunt: Galliæ provincia et urbs (nempe Nivernensis pagus) Bituriges ad occasum, Borbonios seu Boios ad meridiem habet. Plura qui de Foresio desiderat, adeat ejusdem Historiam universalem de la Mure, Lugduni anno 1674 typis vulgatam, in cujus tamen Stella Sancta, seu Historia ecclesiastica de B. Philippa, cum non nisi de personis ecclesiasticis, aut religiosis agat, mentio nulla habetur.

15 Ast nondum plane biographum inter et alios convenit; Crozetum enim per to S in medio biographus, cæteri vero per to Z expresserunt; discrimen quidem leve, ac error facile committi solitus; verum cum et in ipso Foresio Inferiore (vide Geog. Blaeu. volum. 7 tabulam Lugdunensem et Foresiensem) vicus Crozet dictus Rodumna, Meridiem versus, uno et dimidio fere milliari ad Ligeris dextram dissitus, reperitur, Lectori id indicandum duai, licet pro Crozeto (cum Changy juxta Crozet irritò labore quæsierim) judicem concludendum, ac errorem prædictum apographo nostro tribuendum. Insuper biographus, cui alii concordant, Crozetum oppidi nomine appellat; nec tamen, quovis modo expresseris, unum aut aliud caractere, signove oppidis proprio in tabula modo citata insignitum reperitur; quamvis signum hoc oppidulis proprium Geog. Blaeu. volum. VII Crozeto, quod modo dicta stabilit, adjectum videatur. Alterutro ergo e Crozeto vicinis locis, de quibus num. 13, B. Philippam, salva aliter sentientium opinione, arbitror oriundam; quamquam forte illud Martinière per to S (vide eundem ad verbum Roanne) duxerit exprimendum. Hæc de loco natali B. Philippæ sufficiant, ad præclaros illius parentes gressum faciamus.

16 Illustribus Virginem hanc e progenitoribus fuisse natam, communis est opinio, a biographo in exordio asserta; ipsum audiamus: Nata est Philippa in Boiis in arce cui Changyaco nomen juxta Crozetum Foresiensis tractus oppidum, qua Palissam itur. Claro ex utriusque parentibus satu; nam pater Joannes de Campotemilano, mater Joanna de Verniac natalium splendorem christiana virtute nobilitarant. His similia numm. 2 et 3, eandem a nobilitate ac stirpis claritudine laudans, biographus habet, cui Compendium Vitæ Gallicum, miraculorum Prologus, aliique, Maupertuyo dempto, adstipulantur: ast pauca de patre Joanne innoverunt; Ille enim, uti biographus pergit, secun-

Parentes

(a) Hist. du Nivernois, p. 302. — (b) Ad diem vii Octobris, p.

917 nota oo.

A dum filiae ortum paucis diebus extinguunt. *Eundem tamen, quem devotum et plane religiosum Compendii auctor appellat, famularem archiepiscopo Viennensi, utique in primariis officiis, praestitis operam, idem Compendii auctor, uti et biographus asseruerunt: en biographi num. 4 verba:* Boiorum finibus egressa, nata viginti annos Viennam Allobrogum accersita est, ut illustri loco matronae dominae Castellanae in nobilium puellarum comitatu famularem operam praestaret: quod jam in eodem ministerio fratris ejus uxor Margareta nomine versaretur, quodque alias Philippae parens Joannes de Champslemilan in fratris dominae du Chatel, Joannis de Norry, qui tum ad Viennensis ecclesiae gubernacula sedebat, domestica familia liberales operas locatas habuisset.

17 Ad matrem vero Joannam de Verniaco (vernacule de Vernay) quod attinet, quam religiosam matronam merito biographus dicit, quae qualisve illa fuerit, et in ipso pariter exordio idem biographus explicat: narrata enim mariti illius morte, in hunc modum pergit: Haec, mater nempe, tollendam eam, atque domestica disciplina educandam cum suscepisset, facile teneros mores verae pietatis rudimento imbuat: inter ceteras religiosae matronae dotes eluxisse fertur praecipuus adversus Deiparam cultus, quam variis corporis afflictationibus, precibus, et ad ejus Anciense signum frequenti peregrinatione, et cujusquemodi venerationis genere studebat demereri. Nec obstat ei imposita totius Changyacensis basilicae administrandae provincia, quam incorrupta fide oblit, quominus eam sobolem magnis heroicis virtutis incrementis ad perfectam sanctimoniae laudem informaret. Tam praeclearis parentibus degener nequaquam extitit Philippa filia; ast priusquam de his enucleatius disseram, investigandum paucis est, num vere Virgo haec illiusque progenitores fuerint saeculari nobilitate illustres; quamquam enim hanc ut indubitatam eis biographus, Compendium Vitae Gallicum, miraculorum prologus, Rinaldus, ac promiscue alii tribuant, refragatur tamen Maupertuyus hujus saeculi scriptor in ea, quam de Viennensi ecclesia scripsit, Historia, eamque honestae quidem, sed nequaquam nobilis extitisse familiae affirmat.

18 Gallica Maupertuyi in hanc rem (a) verba, quae latina facio, accipe: Celebrabimus hic, inquit, una cum Viennensi ecclesia memoriam Sanctae cujusdam Virginis, quae conditionis quamvis mediocris (vulgo peu relevée) virtutibus sublimis extitit: dicebatur haec Philippa de Chante-Milan, (Cante-Liman, aut Champ de Milan, ut ad marginem notat) nata haec est decimo quinto ineunte saeculo, in loco Changy dicto, inque Foresio ac Claromontana diocesi. Patri Joannes de Chante-Milan, matri Joanna de Vernay nomen erat, honestae quidem uterque familiae, ast fortunae bonis modice dotatae, quapropter mater illius, paucos a morte conjugis sui, ac filiae nativitate elapso tempore, famulitio archiepiscopi nostri sororis, vicique, quem incolebat, dominae, ac nobilis Foresiensis de l'Espinace dicti viduae, sese addicere fuit coacta. Ita Maupertuyus: verum praeterquam quod is hujus saeculi singularis opinionis testimonium nullum adferat, alique omnes, quos inspecimus, B. Philippam a nobilitate ac plerique a divitiis commendunt, nihil plane obesse videtur, quo minus nobiles quantumvis divites, nobilioribus in primariis deserviant officiis: in primariis porro Beatae matrem famulatam fuisse officiis, diserte biographus scriptor aequalis testatur: Totius enim Changyacensis

basilicae administrandae provinciam habebat: nihil igitur hic famulatus, cui quidem praecipue Maupertuyus innititur, contra Virginis, parentumve illius generis claritudinem evincit, nec id exemplis, cum obvia sint, arbitror confirmandum.

19 Rem totam ipse conficit biographus, ac qualem tam B. Philippam, quam fratrem, ac pater praestiterint operam, explicat verbis supra num. 16 adductis, Beatamque hanc uti et fratrem in nobilium puellarum comitatu famularem operam praestitisse, patremque in Viennensis episcopi domestica familia liberales operas locatas habuisse asseverat: liquet ergo hasce operas ingenuam nobilemque puellam nequaquam dedecuisse, cumque eamdem ceteri omnes a nobilitate commendunt, his utique praeter Maupertuyi hujus aevi historiographo adherendum existimo. Parentum, ipsiusque B. Philippae generis stabilita claritudine, illius in terris natalis annus modo est inquirendus: dependet is partim ab eo, quo mortem obierit, anno, partim ab eo, quo in vivis egerit tempore; quamquam porro inter auctores de priore, quem 1451 statuunt, satis conveniat, disparia tamen de altero, ut videbimus, idem sentiunt; Rinaldus enim (adi supra num. 4) in suis Galliae Sanctae Liliis B. Philippam aetatis suae 39, Christi vero 1451 e viventiis numero esse desisse asserit, et consequenter illius in terris ortum anno 1412 innectendum contendit; verum, ut mox dicam, Beatae hujus nativitatibus annum plus justo Rinaldus distulit, uti et in novissimis editionibus Gaultierius, Rinaldo id, qui eundem fortasse descripsit, attestante: utriusque praelucuisse potuit illud, quod praemanibus habeo, Gallicum Vitae Compendium, ab eorum opinione parum remotum.

20 En ejusdem epilogi verba latina: Demum anno Dominicæ Incarnationis mccccli in mense Octobris die xv morbo epidemiae detenta aetate xl annorum vel circa in Domino obdormivit. Titulus vero eidem Compendio praefixus Beatam nostram Viennae anno 1451 die xv Octobris 39 annis natam obisse tradit; verum, praeterquam, ut ad hujus Commentarii calcem dicam, quod verba haec Compendii corrupta amanuensis vitio suspicer, praevalet multum sane his biographi aequalis auctoritas, qui B. Philippam mundo exortam ineunte saeculo decimo quinto, ac circa annum 1401 (licet hunc diserte non exprimat) luculenter satis asseruit et probavit; asseruit hisce sub finem verbis: Avolavit ad Sponsi beatos amplexus anno 1451 Idibus Octobris quinquaginta circiter annos nata. Probavit vero, cum proficitur, sese B. Philippam vigesimum aetatis suae annum agentem, per alios triginta annos probe cognitam habuisse; ipsummet biographum num. 3 loquentem audiamus: Hactenus, inquit, quamvis ex audito, certis tamen auctoribus comperta locuti sumus, quae fuerit Philippae usque ad vicesimum aetatis annum educatio atque virtus: reliquorum triginta, quibus sancta civitas Vienna tantarum virtutum ingenti quasi theatro sitarum spectatrix fuit, historiam eo scribam lubentius, quod ea dicturus sim, quae et egomet (utique per triginta annos) oculis hausi. Consequens igitur hinc fit, anno 1401 Beatae hujus ortum esse innectendum; eamdem porro aetatis suae vigesimo anno civitatem accessisse Viennensem, et ipsum confirmat Gallicum Vitae Compendium.

21 Ita enim illud in hanc rem num. 3 habet: Vigessimus cum ageret aetatis annum, in manibus celeberrimi theologi Prioris Rochetensis virginitatis votum emisit, quod donec viveret, inviolatum con-

auctor
M. S.

D

illustres exti-
tere, ac Phil-
pam filiam
ineunte

E

saeculo xv

F

gentium

servavit.

(a) Hist. de l'Egl. de Vienne, p. 267.

ABCTORE
M. S.

servavit. Eodem tempore loco de Changy exiens ad sanctam Viennensem civitatem accessit. *Hisc proinde viginti annis triginta, quibus familiari Virgo nostra colloquio biographum dignata fuit, adjectis, quinquagenariam eam, cum morti succumberet, fuisse, et hinc anno 1401 natam, liquido satis apparet. Biographo consonant Lievæus ac Maupertuyus; ille enim (a) B. Philippam mortuam affirmat anno 1451 xv Octobris ætatis suæ 50 anno. Maupertuyus vero eandem mundo natam ineunte sæculo decimo quinto (b), ac denatam xv Octobris 1451 annotavit; quibus et bina Martyrologia MSS. numm. 1 et 2 citata concordant: perperam igitur Gallicum Vitæ Compendium, Rinaldus, Arturus ac forte Gaullerius vitæ tempus Beatæ hujus Virginis contraxerunt, ac illius in terris ortum distulerunt; cum tamen nec biographus nec quisquam eorum, qui biographo consonant, expressis verbis natiuitatem B. Philippæ anno 1401 illiget, non ita præfracte anno huic inhærendum puto, ut is ita solus statuatur, ut altero id haud contigisse potuerit, cum biographus, cujus præcipue fidem sequor, non absolute quinquagenariam, sed quinquaginta circiter annos natam scribat obuisse, hinc cum natiuitatis dies omnino nos lateat, si anno 1402 inter mortales esse cæperit, vere quinquaginta circiter fuisse annum, cum inter eosdem esse desineret, a biographo potuit annotari.*

vix nata Virgo hæc patre orbatur, ac matri educanda relinquitur, quacum

22 Vitam vix auspiciata fuerat Philippa Virgo, quum patre Joanne orbata, ac matris unius curæ fuerit relicta, quæ tamen, Cum eam domestica disciplina educandam suscepisset, inquit num. 1 biographus, facile tenores mores veræ pietatis rudimento imbuat. De prioribus porro vitæ illius annis specialia nec biographus, nec Gallicum Vitæ Compendium indicant, eandem tantum ad perfectæ sanctimonie laudem a matre informatam fuisse asserit biographus; nec fructu optatosedula hæc matris cura caruit: pergit enim in hunc modum eodem num. 1 biographus: Respondit culturae seges: Philippam recti honestique amor sic incendit, ut cum annis pariter probitas adolesceret, et indies confirmaretur: vix emenso pueritiæ flexu (quæ fuit supra ætatem indolis maturitas) in maternæ procurationis ac muneris partem cooptata, omnibus sese probavit, materna cura ac præceptis nusquam destituta. *Hisc sat congruit Gallicum Vitæ Compendium; eandem enim a matre modum quo Deo, Beatæque Virgini deserviret, in tantum asserit fuisse edoctam, ut quantum corpore et ætate cresceret, tantum fide, pietate, omnisque generis virtutum ita proficeret exercitio, ut grandiuscula jam effecta (matre eam oculo vigili, si a recto quandoque deflecteret, subsequente) domus curam gereret.*

pueritiæ annis egressa, et pietati mire addicta Changy-ncensis castri curam gerit,

23 Porro pueritiæ annis egressa, talem sese præstitit B. Philippa, ut nihil piæ matris votis reliqui fuisse fatearis, necesse sit; sedula enim erat in obeundis iis, quæ ad munus suum spectabant, quibus expletis, non otio, quod pulvinar diaboli esse, probe ei perspectum erat; sed rerum divinarum contemplationi vacabat; audiamus biographum, cui Compendium Gallicum apprime consonat: Jam tum, inquit num. 2, cum nempe in maternæ procurationis partem cooptata esset, singularis in ea rerum divinarum sensus, Familiariibus munitis perfunctis se in sacellum abdebat, quo posset a turba secretior celestium mysteriorum commentationi inservire. *Hisc similia Maupertuyus, qui ipse Beatæ hujus compendium Vitæ edidit, (c) habet; is enim, licet contra ac biographus et Gallicum Vitæ Compendium matri, non*

totius Changyensis castri procurationem, sed prolium educandarum, instruendarumque tantum demandatam fuisse asserat provinciam, illius in hunc modum primordia celebrat: Et parvula Philippa inquit gallice, quod latine reddo, familiæ huic nempe Changyensis toparchæ annumerata fuit, cujus primordia admirabilia fuerunt, ac talia qualia Sanctorum extiterunt. Orbata ea matre fuit nonnisi quindecim annis nata. Verum, in quo illius primordia miranda extiterint, Maupertuyus non indicavit.

24 Ad biographum ergo regredior, qui cum Beatam hanc a pietate ac solitudinis amore commendare incepisset, qualis in communi convictu, ac inter sibi similes extiterit, adjungit; cum enim, ut fit, aliarum nobilium puellarum hortatu (velut vi addit Compendium) adigeretur, ut caneret, morem quidem gerebat; ast quanticus ad pietatis opera regrediebatur; id enim Compendium æque ac biographus asserunt, eamque a cantus suavitate dilaudant: Angelica namque (verba sunt Compendii) voce modulabatur; biographus vero sequentibus verbis eodem num. 2 rem ita conficit: Unde si quandoque æqualium nobilium puellarum invitatu prodiret, ut eas suavitate vocis, quam perscite moderabatur, oblectaret, tantisper obsecuta, confestim occupationum gravitatem et multitudinem causata, ad labores domesticos, aut divini colloqui quietem, boni otii parcissima sese recipiebat. *Liquet hinc quantum Virgo hæc etiam in tenera illa ætate rerum divinarum contemplationi, ac solitudini fuerit addicta: nec ita tamen solitudinem deperibat, ut humanis interesse colloquiis, ut modo dixi, penitus respueret; quinimo iis quandoque interesse, nihil jucundius ipsi erat: ast iis tantum, uti biographus num. cit. habet, Quibus de Deo, et hominum sempiterna salute agebatur. Hinc fiebat, ut de christiana re concionem, quantum licebat, nullam inauditam abire sineret, divina re obeunda, Christoque in Eucharistiæ latebris adorando, nunquam explebatur.*

25 Hisc narratis Compendium Vitæ Gallicum, quod biographo hactenus sat fuerat conforme, ab eodem discrepare exorditur; non quidem quod alia referat Compendium, ac alia biographus (ea enim, ut num. 8 præmonui, Commentario huic, habita quantum licuerit temporis ratione, innectam) sed quod, omni despecto ordine ac chronologia, velut finem anhelans in ipso fere exordio, uno quasi obtutu præcipua ipsius gesta, quæque Viennæ contingerunt, in conspectu Compendium ponat: pro specimine sit, prout ipse more nostro divisi, numeri 2 pars posterior, quæ hæc fere gallice continet: Cætera porro inter celebriora desideria, ac diversas affectiones principem locum tenebat, de Deo colloquens inaudire, aut de aliorum salute, neque ipsius Missam audiendi desiderium, eique assistendi, umquam fuit expletum; cumque inaudisset, vanum ornatum Christianam dedecere personam, omnem illum (antea enim apprime compta incedebat) respuit, seseque plus solito orationi dedit. Statuit et matutinali semper interesse officio; ac Deum, cum alii somno indulgerent, exorare: modum namque sine strepitu egrediendi, regrediendi excoGITAT; vestibus plerumque induta capiebat somnum, ac secretum in primario templo occupabat locum, ut principali Sacro, omnibusque horis genibus provoluta, et quandoque prostrata interesset.

26 Preces vero fundebat hasce: beatæ Virginis Officium, defunctorum cum novem lectionibus vigiliis, sanctæ Crucis, ac Spiritus Sancti Officium, item illud de Passione Domini, prout a S. Bona-

ac sibi similes cantu quandoque recreant, mox ad opera pia revolat, uti biographo

E

conforme habet Compendium Vitæ Gallicum, quod tamen

F

ab eodem, neglecto ordine chronologica, his narratis discrepare exorditur.

(a) Hist. de l'Antiquité et Saint. de Vienne, p. 405. — (b) p. 265.

(c) p. 264.

A ventura est dispositum, septemque Davidis poenitentis psalmos cum litanis, precesque alias innumerabiles. Consolationis, *pergit* num. 3, cum oraret, expers erat, gravemque molestiam sentiebat, prout his, qui sibi consilio esse poterant, affirmabat, quod si quandoque Deus ei orationis dulcedine frui concederet, humeri sui graviori onere videbantur liberati. *Horum vero majorem partem post matris obitum, ac Viennæ contigisse, licet urbem hanc postea B. Philippam adiisse Compendii auctor referat, non ambigo: id enim inter alia evincunt primarium, quod accessisse, ut horis omnibus interesset, dicitur templum, quod Changyaci, cum vicus castellumve (vernacule Bourg) fuerit, frustra verosimilius quæsieris, ac sedula vigilantissimæ matris cura, quæ clandestinum illum, nocturnumve egressum, licet optimo fine institutum, juniore suæ filix procul dubio interdictum voluisset; biographi ergo, qui et a vigesimo Virginis hujus anno eidem familiaris, ac ea, quæ antea peregit, certis auctoribus comperta habuit, ordinem sequemur, illaque, quæ porro B. Philippa gessit, illo duce enucleabimus.*

B § III. Mortua matre, castitatem vocet: varias ab indignis precis illatas injurias æquo animo tolerat.

Defuncta, cui usque pia exstiterat, matre,

Sagaci matris curæ subditam etiamnum B. Philippam reliquimus; verum ad nubilem cum ea pervenisset ætatem, cura hac destituta ac matre orbata fuit; quamquam enim hic sleant biographus et Gallicum *Vitæ Compendium*, opportune tamen casum hunc Virgini nostræ summo opere lugubrem his verbis Maupertuyus indicavit: Matre, inquit, orbata est quindecim nondum annis nata: quam porro sensibilis ac dolorosa mors ea B. Philippæ extiterit, cætera inter evincunt pietas ac in charam genitricem reverentia; specimen unum, quod biographus æque ac *Compendii* auctor ad calcem suarum lucubrationum exhibent, ut hic proponatur, cum una et matris vigilantiam, ac filix observantiam luculenter manifestet, ordo postulat chronologicus: ita id habet: Ejus in parentes pietatis, verba sunt biographi num. 9, illud extat exemplum. Cum adolescentula in Changyaci castello penuriae cellæ curatrix esset, rogata a quodam e famulis, ut ei ex arundinibus, quarum in quodam cubiculo, cujus clavim asservabat, magna vis erat, unam donaret, morem gessit: conclave reserantem opprimit mater, cunctatur studiose, quid rerum gerat; summa in genitricem observantia puellam ita consternavit, ut responso aspergeret vanitatem: sed deprehensa in mendacio, colaphis ab irata parente acerbe objurgata, nunquam exinde dolorem posuit, ex dissimulatæ veritatis, et exacerbatæ matris noxa contractum.

Virginitatem suam Deo

28 Modo biographi ordinem resumamus; postquam igitur is ab assiduitate rerum divinarum, earumque contemplatione B. Philippam laudavit, alio convertit orationem, ac assultus, quos a dæmone, procorumque turba Virgo jam nubilus sustinuerit, ac quomodo de his ipsis triumphavit, explanare exorditur; invidebat namque callidissimus humani generis hostis eximium illum in omni virtutum genere progressum, eumque omni molimine impedire instituit; verum antequam ea

in medium proferam, indagandam prius, quo ætatis suæ anno virginitatem suam Beata hæc Deo consecrarit; inde enim inter alia luctarum cum dæmone, ac castimonie hostibus originem biographus deducit: ipsum num. 2 loquentem audimus: His artibus, inquit, munitam pudicitiam impurissimus virginum hostis non dubitavit attentare, Ingenua Philippæ comitas, morum suavitas, virginea modestia, magnum insitæ venustatis ornamentum, stirpis denique claritudo procorum turbam concivit. Ne consanguineis quidem et affinibus magnopere nuptiæ improbabantur, unam virginem, utpote quæ jam in æterni Sponsi manus convenisset, mortalis thalami poenitebat.

29 Ast quo ætatis suæ anno Virgo hæc in æterni Sponsi manus convenit? Reticeat annum hunc biographus; expressit tamen *Compendium Vitæ Gallicum*, uti et Maupertuyus; verum haud exigua hos inter est discrepantia: en *Compendii* verba: Vigessimus cum ageret ætatis annum in manibus celebris theologi Prioris Rochetensis (vernacule Prieur de la Rochette) virginitatis votum emisit. Maupertuyus vero, qui, cum nonnisi decimum quintum B. Philippa compleret annum, illius matrem vivere desiisse scribit, e vestigio subdit: Tum illa in manibus Prioris Rochetensis votum virginitatis vovit: ac id ipsum a morte matris haud notabili elapso tempore contigisse luculenter satis innuit, attentisque iis, quæ interserit priusquam illius e Changyaco Viennam commemoret egressum, votum aliquot certe annis vigessimus ætatis illius præcessisse debuit; quod et vero arbitror similis, biographoque conformis; is enim, cum B. Philippam tam eximii corporis animique dotibus instructam, virginitatis servandæ sibi legem imposuisse dixisset, varia itidem refert, quæ ab indignis amatoribus, absque iis, qui nuptias illius anhelabant, sufferenda habuerit, qualiterque Beata hæc ab iisdem, amore in odium verso, opprobriis, ac contumeliis vexata fuerit, enuntiat; quæ procul dubio annorum quorundam exigunt intercapedinem, ac tum demum illius e Changyaco egressum (qui omnium assensu, si Miraculorum Prologum forte secluseris, vigesimo ipsius ætatis anno est innectendus) biographus indicare exorditur.

30 Vovit ergo B. Philippa castitatem intra id, quod a decimoquinto ad usque vigessimus ætatis annum defluat, tempus, verum quo speciatim id præstiterit anno, dicendo non sum, licet id a decimoquinto ob modo dicta haud multo iudicem removendum. Ast quis celebris ille theologus ac Prior Rochetensis, qui Virginis nostræ vota exceperit? Eundem equidem cujusdam monasterii Changyaco haud procul dissiti Priorem extitisse regularem, viæ ambigo, cujus tamen determinatemonasterii hactenus non inveni: exhibet quidem Jongelinus (a) Ordinis Cisterciensis in diocesi Autisiodorensi abbatiam de Rupibus (vulgo de Roches) nuncupatam, ac anno 1186 fundatam, aliamque (b) nomine affinem, inque ipsa Claromontana diocesi Bouchetum, (du Bouchet) dictam, a Roberto Arvenis sive Clarimontis comite anno 1197 erectam: verum tamen celebrem hunc theologum unam e prædictis abbatibus incoluisse, monumentorum defectu non affirmo. Alium insuper in suo *Dictionario Geographico* hoc nomine insignitum Baudrandus ad verbum Ictodurum assignat locum hoc modo: Ictodurum, inquit, locus Gallie Narbonensis, nunc est la Rochette castrum Delphinatus in Vapincensi tractu, inter Chorges oppidum et Vapincum: eo

AUCTORE M. S.

D

intra id, quod a decimoquinto illius usque ad vigessimus annum

E

defluat tempus, in manibus Prioris Rochetensis, mihi ignotus, consecravim.

F

(a) Notit. Abbatior. Ord. Cist., p. 49. — (b) p. 72.
Tomus VII Octobris, Pars Prior.

AUCTORE
M. S.

autem in loco monasterium exstitisse, aut existere etiamnum, irrito labore indagavi; Lectorem ergo, quis theologus iste, Priorque fuerit, cum edocere non valeam, ad ea, quæ ad Beatam nostram spectant, prosequenda regredior.

Varie a dæ-
mone ac

31 Ad labefactandum constantem Virginis animum, quo illibatam servare castitatem decreverat, omnem lapidem movisse dæmonis astutiam, jam supra insinuavimus; modo vero, quibus id artibus ad effectum deducere tentarit, ordo exigat, ut exponamus; excitarant igitur eæ, quibus Virgo adulta jam et nubilus præcallebat, corporis animæque facultates, procorum turbam, illiusque nuptias quam plurimi totis votis anhelabant, nec defuisse hos inter nobilitate illustres, ac congruis divitiis instructos ambigendum, quamquam enim hujus nec biographus, nec Compendium Vitæ Gallicum meminerint, Maupertuyus tamen, licet forte minus sibi coherens (vide quæ num. 18 dicimus) luculenter satis id innuit hisce verbis: Illustriores personas, inquit, (vernacule plusieurs parties considerables) quas venustas, virtusque illius, ut nuptias ejus ambirent, incenderat, queisque, eam æterno Sponso devotam esse, perspectum haud erat, multoties recusavit. Procorum insuper votis consanguinei affinesque patrocinabantur, nec deerant hos inter, qui, ut præpotentis cujusdam admitteret connubium, Virginem incitabant; id enim e biographi nostri verbis non obscure posse videtur erui; sequentia enim in hanc rem num. 2 habet: Ne consanguineis quidem, inquit, et afflinibus magnopere nuptiæ improbantur.

castimonie
hostibus, ut
votum hoc
infringat, sed

32 Specimen unum num. 8 biographus exhibet, quod tamen num Changyaci, num Viennæ, num consanguineorum, num externorum opera contigerit, ex ejusdem verbis colligi nequit; ita id habet: Jam adulta et nubilus Deo virginitatem voto consecravit. Utroque parente orbata luculentum dynastam, eam ad nuptias cum aliquo ineundas hortantem, et sponte magnum pecuniæ numerum de suo dicentem doti, constantissime aspernata est. His aliisque assultibus generose restitit Philippa Virgo, omnesque æterno Sponso fidelis sprexit; Unam enim Virginem, inquit biographus, mortalis thalami penitebat. Conspicatus ergo vaferrimus castitatis, omniumque virtutum hostis Virginis constantiam hisce machinis nequicquam concuti, minusve expugnari, alio convertit animum, ac licitis aliunde, honestisque relictis mediis, ab illicitis præsidium quærit. Enim vero adolescentes ejus nuptias ambientes repulsa acrius inflammabat. Ut asserit biographus; Maupertuyus autem loco proxime citato rem ita conficit: Verum haud semper innocuos venustas illa stimulabat ignes, imo vero plus vice simplice Virgini huic impuris amoribus, quibus vario impetebatur artificio, resistendum fuit, ast gratia Dei victrix evasit. Artificia porro technasque, quibus impura libidinis mancipia Beatam Virginem impetebant, eodem num. 2 biographus in hunc modum enarrare pergit: Ausi etiam nonnulli intemerato pudori moliri insidias, precibus oblatisque ingentibus donis, et quando blanditiis nihil moveretur, gravibus minis Virgunculam terrere conari; illa interim cælesti ope imploranda sperandaque cacodæmonum fraudes elusit.

irritis labore,
stultum,

33 Nec stetit hic dæmonis vafrementum, sed ariete vere fortissimo Virginis eximiam constantiam suscepit concutiendam, ac unde sperandum Virgini præsidium, inde eidem præparare decrevit exitium, tanto formidabilius, quanto minus prævisum; rem ipsam videamus: vehementissima, verba sunt biographi num. 3, impressio ea fuit, cum mulier specie probitatis impuram mentem

(a) Gall. Christ. Antiq., t. I, p. 808.

obtegens, et cum ea non levi necessitudinis, et amicitiae fœdere conjuncta cum virginei floris hostibus ad expugnandam Virginem flagitiosi consilii societatem iniiit. Ast e gravissimis hisce periculis Dominus, qui novit, qui sunt ejus, B. Philippam liberavit, deque immundis hisce dæmonis impressionibus trophæum reportare concessit; non enim inermem eam, verum contra omnes suas nequitias armatam dæmon invenit: id denuo biographum explicantem audiamus; sequentia enim, verbis ex ipso modo adductis, subjungit: Quibus eam laqueis Christus expedit, voluntariis doloribus corpus assidue vexantem, et sacrorum mysteriorum cogitationi perpetuo intentam. Multum quoque profuit illa, cujus erat egregium specimen, vultus, oculorumque modestia, et diligens in loquendo, si opus esset, cautio, cæteris temporibus altissimum silentium, et inertie, turpique otii, quo plerumque generosa puellæ marcent, odium accerrimum.

34 Inde aliam arripit biographus laudandæ Virginis materiem; præclaram nempe in sufferendis opprobriis et contumeliis patientiam; cum enim sese omnes, quotquot connubium ejus expectierant, votis frustrari cernebant, omni molimine publicam illius apud homines existimationem vesana pervicacia proscindere contendunt; rem biographi verbis proponamus: Tum vero, inquit eodem num. 3, cum se votis exclusa cernebant fœda libidinis mancipia, amore in furem verso, maledictis et obrectationibus ejus existimationem omni contentione adorta, etiam presenti audientique virulenta probra ingerebant. Nec abs re virulenta hæc, licet specialim ea non expresserit, biographus probra dixit; en enim Maupertuyi in hanc rem gallica, quæ latina facio, verba: Honoris periculum, inquit, incurrit; indignis ipsius procis omni vi eam calumniis suis denigrare conatis, eaque propositi pudoris publice accusata, ut de castimonia, qua adversus illos semper fuerat, vindictam sumerent. Compendium vero Vitæ Gallicum narratis eximius corporis illius dotibus, iisque, quas sprexit, ad subeundum matrimonii jugum sollicitationibus, eam sæpe sæptius ludibria, calumnias et verbera perpassam asserit; ast immemor usque malorum Philippa Virgo, et Bene sibi conscia, ait biographus, contumelias sprexit, et de se pessime meritos inimicos, ne minimo iracundiæ argumento læsit.

35 Eæ sunt fere, quæ B. Philippam, antequam vigesimum ætatis annum illa attigisset ac, priusquam Changyaco Viennam accederet, illustrem reddidere virtutes, quæque, licet eas de visu non habuerit perspectas biographus, eidem tamen, ut ait, certis compertæ fuere auctoribus; Beatam enim hanc anno ætatis suæ vigesimo, ut aliquoties dixi, Viennam adiisse inter auctores sat convenit, quamquam Miraculorum Prologus, obscurus fere per omnia, cæteris dissonus videatur; en hujus in exordio verba: Illa igitur sub ducatu de Borbonio, imo de Changy prope Crozetum, quod est in comitatu Forensi, a domo nobili de Champ de Milan ortum trahens, ætatis quadraginta vel circa annorum nobili Annæ de Nory dominæ de Castro fideliter serviendo, habitus fatuæ mundanizationis portans, in hanc Viennensem applicuit civitatem patre reverendissimo Joanne de Nory ejusdem Annæ fratre in hac Viennæ sede sanctissima præsulante. Igitur anno Christi 1441, si Prologo credimus, Viennam B. Philippa accessit, quo anno procul dubio in visis non erat, utpote anno 1437 aut sequente (vide Maupertuyum, ac Sammarthanos (a)) defunctus, Joannes præsul; cumque et diserite biographus scriptor æqualis, Com-

ac ab his irra-
gatas injurias
patienter tol-
erat.talis ante Vi-
centium Vir-
go hæc exstitit;

pendium

A pendium Vitæ Gallicum, Maupertuyus, aliique, id anno illius vigesimo contigisse habeant, his utique præ Miraculorum Prologo, et alibi, ut infra videre est, corrupto, adhærendum existimo.

quo clauso Vi-
annam, ut

36. Modo ergo ea, quæ B. Philippa a vigesimo anno Viennæ præclare gessit, quorumque biographus testis ocularis extitit, hocce in Commentario illustranda veniunt; prævie tamen de iis, quibus famularem præstitit operam, matronis, quædam, cum hos inter, qui de illis agunt, non conveniat, duxi præmittenda; Compendium enim Vitæ Gallicum eam elapso ætatis anno vigesimo dominæ Annæ de L'Espinace fuisse famulatam his verbis contendit: Eodem tempore (nempe viginti annis nata) Changyaco exiens, Sanctam Viennensem civitatem adiit, ut dominæ Annæ de L'Espinace, Joannis de Norry archiepiscopi Viennensis sorori famularetur. Contra vero num. 4. biographus sequentem loquitur in modum: Boiorum finibus egressa, nata viginti annos Viennam Allobrogum assersit est, ut illustri loco matronæ Castellane (vernacule, ut notat, du Chatel) in nobilium puellarum comitatu famularem operam præstaret. Verumtamen in margine eamdem, quam dominam Castellanam dixit, alias vocari Annam de L'Espinace adjecit. Ast biographo, ut et Compendio clarius Maupertuyus; is enim binas eidem archipræsuli Joanni de Norry fuisse sorores, ac utriusque familiæ Beatam nostram quondam fuisse annumeratam observavit. Sequentia enim (a) in hanc rem habet: Quapropter (ob fortunæ tenuitatem, ut ipse aumat) mater illius pauco a morte conjugis sui, ac filiæ nativitate elapso tempore, famulatio archiepiscopi nostri sororis, vicique, quem incolebat, dominæ, ac nobilibus Foresiensis de L'Espinace dicti viduæ, sese addicere fuit coacta.

dominæ Ca-
stellane famu-
lantes

37. Eidem porro familiæ B. Philippam, grandiscula cum esset, fuisse adscriptam, subnectit Maupertuyus, nosque supra modo vidimus, eam una cum matre Changyaccensis castri, cujus penes viduam de L'Espinace dominium erat, curam gessisse. Hæc quoad priorem Beatæ nostræ heram; cujus mors, cum B. Philippam sui juris, ut pagina sequente Maupertuyus asserit, reddidisset, vitam solito magis solitariam, austerioremque agere exorsa est. De secunda vero idem historiographus sequentia (b) prolucè satis observat: Familiæ de Norry (inquit gallice, quæ latine reddo) ubi tam christiane sanctæque fuerat educata, memoriam amittere haud valens, denuo annumerari petiit famulatio Annæ de Norry archiepiscopi æque ac prioris heræ dominæ de L'Espinace sororis; admissa porro fuit cum gaudio: ac tum allaboravit strenue, ut pleno gressu perfectionis decurreret viam. Domina Castellana, vernacule du Chatel (id enim novæ heræ nomen erat) pietate excellebat; quamquam aliqui eam ut mulierem vafra, spiritusque inquieti habuerint, quæque plus pecuniam, quam Christiano fas est, adamaret, in tantum, ut fama fuerit, eammet discordias Viennenses inter et archipræsulem disseminasse, statimque, ut subditos (quibus plus justo hæc vendebat operas) domino reconciliaret, sese obtulisse; hac arte, et quod apud fratrem valebat, et quam de sua intermissione Viennenses conceperant fiduciam, in lucrum convertens.

operas exhibe-
ret accessit.

38. Verum, subdit Maupertuyus, credendum est, hanc non nisi malignam esse traditionem, cui nequiquam est adhærendum; certum namque est, eam eximia, varias sacras fundaciones instituentem,

(a) p. 263. — (b) p. 264. — (c) Ibid.

pietatis dedisse signa. Tribuit saltem Philippæ de Campo-Milano omnem desiderabilem pietatis exercendæ facultatem, eidem sacris interesse, ut liberet, indulgens. Hæc Maupertuyus; cumque nec ego quidquam, quod matronæ hujus memoriam labefaceret, repererim, eamdem ab hac calumnia Maupertuyum (quem et pag. 262 vide) jure arbitror excemisse. Modo ad Beatam nostram, quam tantisper reliqueramus, revertamur, quamque antequam Viennam accederet Maupertuyus a peregrinationibus sanctis, eo tempore institui solitis, hisce (c) verbis commendat: Vigesimo ætatis suæ anno, inquit, Changyaco exiit, ac loca sancta, secundum istius temporis pietatem, quæ fere in sacris consistebat peregrinationibus, inivit. Ita nudis pedibus Changyaco ultra viginti leucas distans Podium, seu Annicum in Velaunis, ut celebrem inibi divæ Virginis iconem veneraretur, adiit. Tandem Viennam pervenit, ubi lacrymarum imbre tantorum martyrum, quo urbs hæc diversis ecclesiæ persecutionibus conspersa fuit, sanguinem venerata est. Ita, sed in antecessum, ut videtur, de his disserit Maupertuyus; biographus enim, uti et Compendium Vitæ Gallicum de peregrinationibus his, priusquam Viennam adiret, ne verbum quidem expressere.

§ IV. Viennæ varias virtutes exercet: miseris subvenit: illius in precibus assiduitas.

Vigesimum ætatis suæ annum cum jam B. Philippa complexset, civitatem Viennensem ingressa, ac dominæ Castellane annumerata familiæ, exercendarum virtutum campum reperit spatiosissimum, omnique Deo serviendi a domina donata est facultate, qua haud segniter, uti in decursu perspicuum fiet, B. Philippa est usa: exorditur hæc num. 4. enarrare biographus, eamque impense commendare incipit a promptissima, quam usque exhibuit, obedientia; argumentumque inde arripit, quod ornatore ad id usque tempus corporis cultu incedere consueverat, quem cum ecclesiastes culpasset, quidquid plus justo forte mundum mundanæ vanitatem redolere sibi videbatur, protinus B. Philippa abiecit; ast rem integram biographi num. cit. verbis proponamus: ita habent: Commodum civitatem sanctam inviserat, cum in sacra concione exquisitiorem corporis cultum exagitari audivit tamquam superbæ fomitem, et ingratam Deo alieni amoris illecebram: adhuc comitum suarum more nitorem et elegantiam studuerat in vestitu; ut sensit a divini verbi præcone culpam, continuo, quidquid erat lepidioris ornatus, abiecit, tenui modestoque vestitu contenta. His consonat, iterato rem eamdem numm. 2 et 3 habens, Gallicum Vitæ Compendium, cujus hæc num. 3 verba sunt: Philippa tum, ut nobilium istius temporis vanitas suadebat, etiamnum vestita erat, non quod hisce cor apponeret, sed ut dominæ, cui famulabatur, honorem exhiberet; verum eo ipso, quo e cathedra inaudierat, omnia hæc superflua esse, iisque Deum offendi, omnem hanc deseruit vanitatem.

Viennæ exi-
stens corporis
cultum, quem
in concione
castigari inau-
dierat, prom-
pte obediens,

40. Talem porro qualem hocce in specimine B. Philippa præstitit obedientiæ promptitudinem, et in aliis eam exhibere consuevisse biographus his verbis asseverat: Non erit abs re, inquit eodem num. 4, hoc loco illud commemorare, id eam in

uti solebat,

cæteris

AUCTORE
M. S.

cæteris omnibus facitare solitam, ut virorum probitate doctrinaque præstantium, præsertim quibus animum purgandum regendumque crediderat, præceptis esset obsequentissima. *Quam insignis porro hæc fuerit in clericos probitate conspicuos veneratio, et quod caput est, obedientia, idem biographus enarrare pergit, eamque, si a recto quid fortasse dissonum admitteret, ut admoneretur, asserit efflagitasse; en verba: Unum aliquem de clero, inquit, præclare novi sanctæ Virgini perfamiliarem, quem illa sæpe numero rogavit, ut, si quid in se justæ reprehensioni obnoxium notasset, significare ne gravaretur. Ita biographus Viennæ vitæ ejus spectator: cui similia fere Compendium in hunc modum gallice expressit: Notandum hic, eam illa, quæ confessarius, aut quisvis vir prudens, malum peccatumve esse publice asserbat, extemplo deseruisse, eximiam in his obedientiæ promptitudinem exhibens; imo vero deprecabatur crebro eos, quibus familiaris erat, ut si quid rectum minus adverterent, id indicare, ne gravarentur, gratoque animo admonitiones illorum excipiebat. Lique hinc perfectissimæ obedientiæ eam non raro dedisse egregia specimina.*

licet is peccato
saltem gravi
certo non fue-
rit obnoxius,
deseruit,

41 Num vero corporis ille cultus, de quo supra, revera fuerit peccato obnoxius, nec biographus, nec Compendium Vitæ Gallicum, nec Miraculorum Prologus diserte expresserunt; quamquam eum lepidiorem venustioreque biographus appellet, ac Compendium eam, ut nobilium istius temporis vanitas suadebat, asserat incessisse; imo plusculum Miraculorum Prologus, cultum hunc fatuæ mundanizationis indigens nomine, adjiciat; licet enim in hac vestium pompa, ut tristi plane experientia docemur, Deum sæpius offendi, inficias non eam, id tamen in B. Philippa, quam recti honestique amor ad ipsas incunabulis incendit, quæque sedula matris cura ab ineunte ætate ad omnem virtutem fuerat efformata, locum habuisse, vero mihi minus videtur simile. Utcumque se res habeat, si defectus in his fuerit, levem equidem eum fuisse arbitror eo confidentius, quod Compendium Beatam hanc, hisce cor apposuisse, diserte abnuat, eamque ut dominæ suæ, quam a pietate plerique commendant, quæque hinc notabilem tolli jussisset excessum, honorem exhiberet, sibi similitum morem imitatum fuisse asseveret; licet ergo jure divini verbi præco lubricum fortasse, inordinatumque vestium usum culparit, illudque rigida sibi B. Philippa applicarit, levioris equidem culpæ labeculam, quam sacra exomologesi statim expiavit, eam ad summum quandoque contraxisse, autumo.

quo asperna-
to, et cæteras
sibi viles vi-
tæ delicias,
pietati ple-
rumque inte-
ta, interdixit:

42 Pergit porro biographus cæteras illius virtutes, ac qualem sese Viennæ B. Philippa in aula, ac inter domesticos præstiterit, enarrare, ipsum num. 5 loquentem audi: Simul, inquit, venustiore comptum aspernata est, cæteras itidem oblectationes et nugatorias anlicæ vitæ sibi delicias interdixit: dumque, ut fit, sub cœnam expectatur, ut inferantur dapes, et id spatium a basilicanis inepta confabulatione, mutue irrisionis ludicio, et interdum protervis salibus, fallendæ famis gratia, consumitur, dum a cibo solutioribus jocis indulgetur, in episcopalem ædiculam, item ut olim in Changyacensem concedere instituit, exercitandæ in summi boni contemplatione menti, usque adeo ignaviam exosa, ut ad mensam accumbenti, nihil videretur longius, quam ut ad opus aliquod elaborandum, aut divina animo volvenda revolaret. Paulo vero aliter ac brevius ea Compendium effert in hunc modum: Decurrente refectionis hora, tempus vanis sermonibus impendi solitum, quove alter alterum ludibrio habere consuevit, ipsa ora-

tionem in episcopali sacello insistebat, ab ineunte ætate et choreis indulgere, et tempus inutiliter transigere summopere exhorrescens. *Interjectis porro iis, quæ ex ipso num. 40 vidimus, pergit his verbis: Quod si quandoque serio minus rei alicui vacaret, ex otii timore, pedes sui in ignem velut immissi videbantur; ita enim tempus perdere extimescebat, imo mensæ cum accumberet, tempus protrahi nimium, sibi videbatur, ac finem tantum ut manuali spiritualive operi insisteret, anhelabat. Lique hinc, dominam Castellanam B. Philippæ heram ipsas inhabitasse ædes episcopales; id enim et biographus, qui Beatam nostram in episcopalem ædiculam concedere consuevisse habet, ac Compendium, quod eandem in episcopali sacello orationi institisse asserit, luculenter satis expresserunt.*

43 Postquam igitur biographus B. Philippam ab obedientiæ promptitudine, ac otii fuga impense commendavit, non minus eam a misericordiæ operibus, quibus inopes, infirmos et cujusvis generis miseros sublevavit, laudare aggreditur: rem totidem ejusdem verbis proponamus: Ad laxandas, ait eodem num. 5, miserorum angustias mirifice propensam fuisse, ex eo quisvis intelligat, quod inopes omnes, imprimis ære alieno implicitis, aut qui morbo, senectute, corporis vitio victum sibi parare prohibebantur, singulari miserationis sensu excipiebat ad se confugientes, solabatur allocatione, cibo et potione recreatos ad heram deducebat, ut ejus ope archipræsuli fratri commendarentur. Publicas custodias invisebat, ut eis aliquid opis impertiret. Egrotos item et puerperas, genium sæpe defraudans, et de demenso suo comparcens aliquid, quod egenis erogaret, quos ultro ubique vestigabat; in ptochotrophiis et nosocomiis frequentissima, eorum potissimum miseratione movebatur, quos omni ope aliena videbat esse destitutos. Pergit biographus, ac specimen unum, quamquam id circa vitæ illius finem contigerit, num. 6 subjungit, quod ita habet: Romam solemnii jubileo proficiens, assidui meroris materiam invenit, stratis ad viam et spiritum passim efflantibus religiosorum peregrinatorum quamplurimis; quid ei tunc animi fuit in reditu, cum una muliere comitata (reliquis ad curanda corpora dilabentibus) ad ædiculam orationis causa se contulit, ut quamvis ex imbre madida et algore horrens, quotidianum precum pensum exsolveret.

44 Ibi tum forte jacentem mendicam, et animam agentem nacta, ommissa reficiendarum cibo virium memoria, solari, et omni subsidio levare instituit, usque dum, urgente comitatu, ab opere pio ægre avelleretur. Hisce sat congruit, si substantiam, vimque verborum utrimque consideres, Gallicum Vitæ Compendium, ac misericordiæ specimen, quod modo e biographo attulimus, in oppido Sancti Laurentii dicto, adjicit contigisse; verum num. Italice Gallice oppidum id sit, reticuit, cumque hic et illic nominis hujus loca reperiantur, in quo horum id evenit, non est mihi animus divinare. Progreditur biographus, ac qualem ulterius præstiterit miseri opem, qualiterque, ut iis subveniret, vilius mulierculis, in hunc finem conductis, magna animi demissione, ac contempla generis claritudine sese promiscue junxerit, pergit enarrare. Decumbentibus, inquit eodem num. 6, ex morbo in xenone dapes propriis manibus parare et aponere, cum vilius mulierculis, quas eadem inopum cura ptochiorum ministerio addixerat, palam versari, colloqui, obire templa, ergastula, pauperum tuguriola non satis habens, etiam absentium egestate sollicita Franciscanis monialibus parthenonis Aniciensis cor-

rogatam

miseri-
cordiæ
operibus, et cu-
jusvis generis

E

F
miseris suble-
vandi assidu-
e addicta
fuit,

A rogatam a Delphinatibus matronis stipem missi-
tabat.

magique pro-
desse concupi-
vit Virgo aliis
blanda, sibi

45 Nec stetit hic B. Philippæ virtus; sed et gra-
viora durioraque et agere, et perpeti, in votis
habebat: His omnibus, inquit num. 7 biographus,
haud quaquam defessa, sexcenties tanto gravius
laborum onus Sponsi causa tolerandum optabat of-
ferri. Porro cum se actioni dedisset satis, de mode-
ratorum sententia (en aliud insignis in moderato-
res venerationis, ac eximie humilitatis specimen)
ad fruendam divinæ contemplationis quietem,
paululum se negotiorum turbæ subduxit. Talis erga
alios B. Philippa exstitit; modo qualis sibi fuerit,
e biographo etiam videamus, ac quam aliis bene-
ficam et blandam, sibi met seceram et rigidam
intueamur: E lectulo, inquit num. cit. biogra-
phus, quem subjecto asserere duraverat, et in quo ve-
stibus semper obvolutum corpusculum ad breve
spatium sternebat, placide erepens, in templum se
ante lucem præsentabat (adi supra num. 25, ubi
eadem fere, ast ordine neglecto, in Compendio
asserta reperies), ut canentium clericorum variis
variarum horarum psalmis, deinde compluribus sa-
crificiis ad multum diei interesset. Ast speciales
B quosdam modos insuper, quibus, ut carnem spi-
ritui subjugaret, Beata hæc usa est, Maupertuyus
explicantem audi: is nempe, cum calum-
nia, de qua jam supra, B. Philippæ heram merito
exemisset, sic futur: Tribuit saltem Philippæ de
Campo-Milano omnem desiderabilem pietatis exer-
cendæ facultatem, eidem sacris interesse, ut li-
beret, indulgens, qua indulgentia parce nequa-
quam Virgo sancta utebatur: per octo enim
sæpius horas continuas quotidie fere matutinali,
cæterisque principis templi Officiis præsens assi-
stebat.

vero austeram,
in precibus
fundendis

46 Haud mediocriter austeritates suas adauxit,
non nisi tabulæ æsserive in cubiculo indormiens,
cilicio suo minores chordulas, quibus sibi brachia
pedesque ligabat, superaddidit; nequidquam vero
his, quibus corpus in servitute redigebat, obstan-
tibus rigoribus, quæ sui erant muneris magna per-
ficiebat agilitate, ita ut hera sociæque eam plus
uno, quam aliæ pluribus diebus, ultro assuerint,
operis effectum dedisse, quod et iis, quibus, quam
frequens in templo versaretur, perspectrum erat,
quibusque nil operis de die dare videbatur, ma-
gnam admirationem movit. Hæc Maupertuyus,
cui in ipsis pene verbis, ad operis diligentiam
quod spectat, biographus Compendiumque con-
cordant: ad biographum ergo regredior, qui as-
serta B. Philippæ in templo assiduitate, preces,
quas omni die fundebat, indicare exorditur;
sunt autem hæc satis numerosæ: Utroque interim,
ait eodem num. 7, genu nixa Virgini Deiparæ,
Spiritus Sancto, Crucis et cruciatuum Christi honori
dicatos Psalmos et preces, septuplicem Davidis pœ-
nitentis hymnum, piis item manibus sublevandis
descriptum, et viginti lectionibus intertextum psal-
terium, aliaque non pauca decurrebat fere citra
ullum internæ suavitatis (quod ipsa apud viros pios
non semel quæstæ est) gustum atque solatium: ac
si quo die in eo munere quæpiam a Deo concedere-
tur animi jucunditas, tum sibi velut ingens mole-
stiarum pondus abjecisse videbatur.

quas diversi-
mode biogra-
phus, et

47 Ast hic discrepantia quædam biographum
inter et Compendium exoritur; is enim B. Phi-
lippam piis manibus sublevandis descriptum, et
viginti lectionibus intertextum persolvissæ psal-
terium asserit; contra vero Compendium diserte id
ipsum novem tantummodo fuisse lectionum ex-
pressit; ipsa Compendii verba, præsertim cum et
ea alibi biographo dissona sint, videamus; ita,

(a) T. VI. Opp., p. 456. Edit. Rom., an 1596. — (b) p. 580.

quamvis, ut jam ante præmonui, inverso chrono-
logico ordine, num. 2 habet: Secretum in primario
templo occupabat locum, ut principali Sacro, omni-
busque horis genibus provoluta, et quandoque pro-
strata interesset: preces vero fundebat hæc: bea-
tæ Virginis Officium, defunctorum cum novem le-
ctionibus Vigiliis, sanctæ Crucis, ac Spiritus Sancti
Officium; item illud de Passione Domini, prout a
S. Bonaventura est dispositum, septemque Davidis
pœnitentis psalmos cum litanis, precesque alias
innumerabiles. Cum porro viginti lectionibus in-
tertextum defunctorum Officium, quale hic bio-
graphus asserit, haud repererim hactenus, potius
Compendii, donec quale id Officium extiterit,
edoccear (ni forte illud pro sua privata pietate, ut
innui videtur, habuerit descriptum) verbis vide-
tur inhærendum. Ast quoddam id, quod vice
versa a Compendio allegatur, de Passione Domi-
ni, a S. Bonaventura dispositum Officium? Cæ-
tera inter hujus sanctissimi Cardinalis opera
habetur: Vita Christi a beato Bonaventura contem-
plative composita. Verum B. Philippam Vitam hanc
contemplative compositam singula die perlegisse,
mihi vero plane videtur dissimile. [Inter Opuscu-
la S. Bonaventuræ extat Officium de Passione
Domini per horas canonicas divisum, quarum
singulæ singulos psalmos, hymnum et orationem
habent (a). Aliud officium similis formæ recense-
tur inter opuscula S. Francisci Assisiatis (b).
Pergit porro Stalsius.]

AUCTORE
M. S.

D

48 Proluxa enim ea est, et, prout opera et expen-
sis magistri Bertoldi Rembolt anno 1517, ut So-
liloquio fol. LXXVI subijcitur, typis data est, con-
tinet capitula 96, ac integra, caractere satis com-
presso, 49 folia in minori, ut vocant, quarto, quæ
a quopiam singulis diebus, præcipue tot aliis ad-
jectis, devote legi posse, nulli cordato persuasum
iri autumo; hinc compendiosius Officium id
fuisse, ac tale forte, quale promiscue exhibent
libelli ascetici, suspicor. Utrumque se res habeat,
liquet hinc B. Philippam in precibus fundendis
perquam fuisse assiduam; ast spiritualis dulce-
dinis plerumque expertem; id enim et ipsa suis
moderatoribus, ac iis, Qui in his sibi, ut Com-
pendium habet, consilio esse poterant, fatebatur.
Quod vero ad reliquas Beatæ hujus virtutes spe-
ctat, eas solita brevitate num. 8 biographus com-
memorat: en illius inhanc rem verba: Acerbi-
tum et laborum eximie patiens, honoris unius erat
intolerantissima, in bonis malisque rebus æquabili
semper vultus dignitate et comitate, oculis humi
assidue dejectis, quos inter sacram meditationem,
F uno eodemque loco defixos, nusquam dimovebat.
Quantis vero ei paupertas in deliciis fuerit, quod-
que eam tenuioris fortunæ, ut § II docuimus, ne-
quaquam extitisse, aperte satis conficit compen-
dioso biographus, e Beatæ fratribus, si plures
habuerit, unicum suppresso nomine laudans,
enuntiat: Fortunæ omnes, inquit, fratri concessit,
nec ullo ejus rogatu potuit umquam adduci, ut iis
denno potiretur, tenuissime victitabat, domandæ
carnis studiosissima.

Compendium
enumerant,
perquam assi-
dua, ac

F

49 Hisce sat consonat Compendium, fratrisque
conjugem, quam num. 16 Margaritam dictam, ac
dominæ Castellane itidem famulitio adscriptam
vidimus, commemorat; illius enim num. 5 hæc
verba sunt: Bona sua, quorum fratri dominium
transcripserat, recipere, (fratris alisque ad id eam
inducere frustra conantibus) detrectabat. Hinc
itaque ac ex prædictis quantam suæ salutis Bea-
ta hæc gesserit curam, fit conspicuum; qualem
vero salutis aliorum habuerit, quamque implaca-
bili odio peccata, cæteroqui blanda Virgo ac mitis,

paupertati
mira fuit ad-
dicta, suæ ali-
orumque salu-
tis curam ges-
sit, peregrina-
tionesque

fuerit

AUCTOR
M. S.

fuert prosecuta num. 6 idem habet Compendium, ubi hæc leguntur: Tanto ipsi horrore erant sermones obsceni aut blasphemii, ut, si quandoque iurantes inaudiret, quamquam illustriores essent inter nobiles, hos libere æque ac candide redargueret. Biographus vero ita rem hanc conficit: Neminem umquam ait num. 8, dicto, facto, exemplo læsit, nec tamen ita blanda, ut non perhumane adolescentum quorundam petulantiam, et ore in Deum sacrilegos, aut iurerurando temere abutentes, tametsi potentiores homines, verbis castigaret. Subjicit porro his biographus, quas supra num. 38 e Maupertuyo vidimus sacras peregrinationes, easque strictim suo more celebrat his verbis: Materno exemplo ad loca religione inclita, Aniciensis Virginis celeberrimam effigiem, S. Claudii incorruptas exuvias (adit Micaculorum Prologus et S. Antonii cœnobium) aliquoties venerabunda peregrinationem suscepit.

sacras insti-
tuit,

50 Porro haud immerito Aniciensis Virginis Mariæ celeberrima a biographo dicitur effigies, ad quam sacræ undique instituuntur (aut verius eheu instituebantur olim) peregrinationes. [Derelictum sanctuarium Aniciense deplorabat auctor anno 1794, quando omnia in Gallis sudeque versa erant. Verum postquam anno 1801 suis rediit Religioni honor, jure postliminii aris reddita fuit imago B. Mariæ et populi in Matrem optimam referbuit pietas. Cujus rei non ita pridem novum accepimus testimonium. Antiquum scilicet erat Ecclesiæ Aniciensis privilegium, ut quoties Festum Annuntiationis B. Mariæ incideret in feriam vi Parasceves, esset indulgentia plenaria in forma jubilei omnibus fidelibus vere pœnitentibus et confessis ac sacra communione refectis, et Cathedralē Ecclesiam Aniciensem visitantibus. Cum vero nuper, anno 1842, hæc concurrentia incidisset, Gregorius Papa XVI feliciter regnans dictum privilegium litteris in forma Brevis datis die vi Augusti 1841 confirmavit (a). Concessum privilegium solemniter promulgavit Dominica infra octavam Epiphaniæ, ix Januarii anni sequentis hodiernus Aniciensium Episcopus, Petrus Maria Josephus Darcimoles, qui pontificali ritu indutus prælegit primum ordinationem, quæ omnes adhortabatur ut sancte se ad indulgentiam pararent, dein in signum reverentiæ Apostolicæ Sedi ac Romano Pontifici debita, deposita mitra, assurgente populo universo prælegit Breve apostolicum confirmationis (b). Cum tandem illucissent dies salutis, non solum ex Aniciensi diocesi, sed e vicinis etiam provinciis ingens populi multitudo cœpit affluere: alii supplicantium more agminatim, alii sparsim accurrebant. Centum quadraginta millia hominum numerata sunt, qui intra duodecim dies Aniciense sanctuarium venerationis ergo frequentarunt. Civitas, quæ ad duodecim millia hominum censebatur, per continuos duodecim dies duplicatum videbat incolarum suorum numerum, conversis e Christiana caritate privatorum ædibus in publica diversoria (c).] Audiamus de hoc sanctuario breviter loquentem in suo Dictionario Universali Corneillium; is enim ad verbum le Puy, cætera inter fastuosa cathedralis templi decora memorat circa medium articuli sequentia: Princeps, inquit gallice, hujus templi ara, quæ quinquaginta plus aditit gradibus, a choro clathris altis, ut thesauro prospiciatur, disjungitur; præter enim lampades candelabraque argentea, quæ Divæ Virginis in ara parvulum Jesum tenentis iconem cingunt, uti et coronas auro gemmisque fulgentes, ac vestes unionibus obductas, plures sunt cruce aureæ argen-

tæque, vasa eximia, Sanctorum Sanctarumque icones, aliæque immodici pretii dona, oblata ab his, qui omni ex parte sacrum hunc invisunt locum. De S. Claudio vero, ulique episcopo Vesontionensi, cujus incorruptas exuvias aliquoties venerabunda invisit, consule Opus nostrum ad vi Junii diem: uti et de S. Antonio Magno abbate in Thebaide, cujus Miraculorum Prologus meminit, tom. II Januarii die xvii; ast præ reliquis de tertia ejusdem sancti reliquiarum translatione (d). Subnectit his biographus pietatis in matrem (adi supra num. 27) exemplum, ac lucubrationi suæ, annotatis B. Philippæ supremo morbo, mortisque tempore, coronam imponit; verum antequam id hic fiat, quædam e Compendio ac Maupertuyo, quæ biographus aut strictim nimis, aut intacta præterit, sunt adiungenda.

51 Ac imprimis eam ardentissimo erga Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum fuisse affectam amore, ac impransam plerumque cœnam expectasse num. 8 Compendium testatur: en hujus ea de re integrum, cum et conscientiæ teneritudinem Beatæ hujus explicet, textum latine verum. Cultui Sanctissimi Sacramenti summo opere erat addicta, Deumque præ omnibus in Missæ sacrificio adorare concupiebat; imo martyrium velut subibat, cum rei divinæ eo, quo hera e lecto surgebat, tempore interesset; primum enim circa horam septimam inchoabatur sacrum, et exinde reliqua, quæ singulis assistere in votis erat. Verum cum sacrificio adesset, seipsam ut muneris sui erga heram arguebat negligentem; ast animo, brevi Missa isthæc finietur, sibi itidem replicabat: itaque pluribus invicem succedentibus intererat sacrificiis, adeo ut hera, famulante nemine, e lectulos urgeret, templumque accederet; nec hinc equidem (en aliud piæ matronæ enconium) Beatæ Philippæ succensebat, quam filiæ nomine compellabatur; domum porro regressa, cubiculo sese includebat, tumque sibi videbantur dicere omnes: commode filia hæc suos dies ducit; ast illa labori tum strenue insistens, modico tempore (asseruit id hera) plus operis, quam protractiori aliæ, effectum dabat. Cumque hora prandii appropinquaret, fratrie eam, ut cibum caperet, admonenti, actis gratis, sese ad cœnam usque, ut plerumque faciebat, expectatam respondebat.

52 Ab ultima confessione, pergit num. 9 Compendium, singulis annis generalem instituebat. Verum quoties per anni decursum confiteri consueverit, nec biographus, nec Compendium Vitæ Gallicum expresserunt, quamquam, teneræ eam conscientiæ exstitisse, ut num. præced. vidimus, luculenter satis Compendium insinuet; eamque e divinis præceptis accuratissime vitam exegisse, inter omnes conveniat. Qualem porro sese, cum cœlesti ac Eucharistico refici desideraret epulo, B. Philippa præbuerit, Compendium haud reliquit, cujus, ut ipse destinari, num. 6 hæc characterē minore ac postea forte adjecta, verba sunt: Dum vero Eucharistico frui intenderet epulo, accurata sese die antecedente confessione, jejuniis, pœnitentiæ operibus ac meditatione præparabat, reliquam autem diei partem (universa rerum temporalium despecta massa) in agendis gratis, ac intra et extra urbem visitandis ecclesiis, transigebat. Hæc sunt fere præclara gesta, quæ de B. Philippa, priusquam Romanam accederet urbem, auctores retulerunt, quibusque ea Viennæ ab anno ætatis suæ vigesimo inclaruit; modo illa, quæ alibi terrarum, postremisque vitæ annis præstitit, ac ea, quæ ad illius gloriam posthumam spectant, § sequente sunt percensenda.

ac Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum frequentans in templis

E

specialiter venerata est.

F

(a) Ami de la Relig., t. CXII, p. 23, num. 3557. — (b) Ibid., p. 118, num. 3545. — (c) Ibid., t. CXIII, p. 153, num. 3588. — (d)

§ V. Occasione Jubilei Romam adiens, ac inde rediens miseris mire compatitur: Viennæ moritur, ac sepelitur: variis ab obitu claret miraculis, ac cultu ecclesiastico gaudet.

Romam, ut
Jubileo anni
1450, maximo

Tot tamque exiit B. Philippa exornata virtutibus, Viennam annis jam plurimis, ut videmus, illustrarat, dum divinæ providentiæ placuit, ut et alio suavissimus ille virtutum odor diffunderetur: rem sequentibus verbis Maupertuyus tradit: Vienna, inquit, sat jam temporis Philippæ virtutum testis extiterat, oportebatque, ut ad Dei gloriam, ac in fidelium adificationem altius illa celebriusque theatrum conscenderet. Ut igitur Romanam adiret urbem, Jubilei anno 1450 lucrandi gratia, divinitus inspiratur; nec id zelo illius difficile; sanctum illud protractumque iter pedibus exorditur, totumque bonorum operum odore complet, ac integro anno sancto Romæ commoratur, ibique, ut secuta Christi Jesu adstaret judicio, usque allaboravit. Præsigium secretum, aut vera forte instantis mortis revelatio, eam temporis etiamnum residui reddidit observantissimam. Tandem Virgo sancta, aliquibus postquam Viennam redux esset mensibus, peste inibi grassante, et ipsa infecta fuit, ac anni 1451 die xv Octobris obiit. Hæc de extremis Beatæ nostræ laboribus Maupertuyus, quæ nec biographus nec Compendium, uti numm. 43 et 44 vidimus, intacta præterierunt. Porro Jubileum istud anno 1450 fuisse celebratum, atque infinito mortalium numero frequentatum, apud historiographos in confesso est; audiamus eminentissimi cardinalis Baronii continuatoris Odorici Raynaldi ad annum prædictum num. 1 verba; ita hæc habent.

populorum
numero illu-
tri, interesset,

54 Anno hujus sæculi quinquagesimo, Indictione tertia decima, maximi populorum concursus ex toto christiano orbe mira frequentia, pietatis ac religionis studio in Urbem facti sunt, cum nullæ itinerum difficultates, nullave pericula eas retardare potuerint, quam fidelium confluentium celebritatem miratus S. Antoninus subjecta verba historiæ mandavit p. III, tit. 22 c. 12 § 3: In anno mcccc, verba sunt S. Antonini, celebratus fuit Jubileus sub Nicolao Pontifice Urbis, prius prænuntiatus et publicatus solemniter cum indulgentia plenaria visitantibus ecclesiis Urbis quatuor, scilicet S. Joannis Lateranensis, S. Petri, et S. Pauli et S. Mariæ Majoris certis diebus determinatis, penitentibus et confessis certo modo et forma, ad quam consequendam convenerunt ex omni natione quæ sub cælo est, fidelium plurimi mares et feminae. Confirmat hæc, pergit Raynaldus, Jannozius Manettus lib. II in Vita Nicolai V. Ad hanc, inquit Mannettus, celeberrimam sanctissimamque solemnitatem tota populorum omnium Christianorum multitudo concurrisset et confluisse perhibetur, ut cæteris Jubileis hactenus celebratis numero et copia hominum utriusque sexus non immerito præferri posse existimetur; tantæ enim Pannonum, Germanorum, Cimbrorum, Britannorum, Gallorum, Hispanorum, Celtiberorum, Portugalensium, Græcorum, Dalmatarum, Italicorum, cæterorumque Christianorum populorum, ut omnes uno verbo summam comprehendamus, catervæ quotidie confluebant, ut concurrentium congregatio cujuslibet

mensis dimidio, per arbitrium designato, in stuporém admirationemque procederet, tantæ namque et tam magnæ adventantium catervæ quotidie concurrebant, ut quasi sturnorum apumve et formicarum agmina, mirabile et incredibile dictu! viderentur.

AUCTORE
M. S.

55 Hos inter et Virgo Philippa sacram peregrinationem, et forte, uti Lievræus habet, nudis pedibus, unaque cum hera, ut Lievræo consonans asserit num. 2 cit Martyrologium, suscepit, ac anno integro, imo ultra annum, ut infra dicemus, Romæ est commorata; rem gestam in hunc modum biographus commemorat: Romam, inquit num. 6, solemniter Jubileo proficiscens, assidui mororis materiam invenit, stratis ad viam et spiritum passim efflantibus religiosorum peregrinatorum quamplurimis. Quæ vero qualisve Romæ (ea, quæ Maupertuyus in hanc rem habet, vide num. 35.) B. Philippa extiterit, nec biographus, nec Compendium litteris mandarunt: hic enim æque ac illud, relato illius ad urbem Romanam accessu, ejusdem e vestigio inde regressum, ne verbo interjecto, commemorant. En biographi, quæ modo citatis subnectit, quæque, qualem sese B. Philippa in reditu præstiterit, indicant num. 6 verba: Quid ei tunc animi, inquit, fuit in reditu, cum una muliere comitata (reliquis ad curanda corpora in diversoria dilabentibus) ad ædicularum orationis causa se contulit, quod et alias in itinere solemne habuit, ut quamvis ex imbre madida et algore horrens, quotidianum precum pensum exsolveret. Ibi tum forte jacentem mendicum, et animam agentem nacta, omnia reficiendarum cibo virium memoria, solari et omni subsidio levare institit, usque dum urgente comitatu ab opere pio agere avelleretur.

profeta, mi-
seria istidem
subvenit

56 Cætera autem, quæ hisce in itineribus gessit, tacentibus ea scriptoribus prorsus incerta sunt, ac quo circiter tempore Roma regressa sit, modo breviter est indagandum; vidimus namque Beatam hanc ratione Jubilei anno 1449 promulgati Urbem, procul dubio eodem anno exeunte, adisse, ac anno integro, teste Maupertuyo, cui, tacentibus aliis, adhærendum, fuisse commorata: consequens igitur hinc fit, eam anno 1451 ineunte, aut uno alterove ipsius mense elapso Roma Viennam regredi cœpisse, ac medio circiter eo anno reducem fuisse; id enim dilucide satis Maupertuyus insinuat, cum eam aliquibus a regressu mensibus anno 1451 die xv Octobris, cui emortuali diei, nemo, quod sciam, refragatur, morti affirmet succubuisse. Verum enim vero habuine instantis sibi mortis B. Philippa revelationem? Non ita sane e facili, licet favor is Sanctis haud sit insuetus, sine altero vade Maupertuyus mihi id persuasum faciet, præcipue cum biographus, qui Beatæ huic ad ultimum usque spiritum familiaris extitit, ne minimum quidem, unde id vero arbitrer simile, verbum insinuet, non omissurus certo, si sibi de tali revelatione constitisset; utcumque se res habeat, pretiosa in conspectu Domini morte defuncta est Virgo Philippa Idibus Octobris anni 1451, ac e mortalium numero eo die peste sublata audiamus biographi, cui omnes adstipulantur, ad calcem in hanc rem verba.

Viennamque
regressa pre-
tiosa in con-
spectu Domini
morte

57 Avolavit, inquit, ad Sponsi beatos amplexus anno 1451 Idibus Octobris quinquaginta circiter annos nata, quamvis ex vvida lineamentorum temperatura, quavis longe natu minorem pronuntiasset. Grassata in plebe lues (ad marginem notatur epidemia, seu morbus popularis) mortalium numero S. Virginem eripuit, ut adderet immortalibus. Biographo, ad supremum morbum quod spectat, Compendium,

peste infecta
obdormivit,

AUCTOR
M. S.

A

pendium, miraculorum Prologus, Maupertuyus, alique concordant, indicatque ea, quæ miraculis, illius patrocinio patris, subnectitur Antiphona, in qua uti et Oratione contra tremendum hunc morbum, ut patrona regni Gallie, ut infra visuri sumus, invocatur. Num vero progressus solitos humani generis flagellum isthoc habuerit in Gallia, reticent Galli quos inspexi, historiographi. Ast Romæ anno 1450 morbum hunc fuisse grassatum ad eundem annum § XVIII Raynaldus monstrat e litteris Nicolai V datis in Non. Septembris anni 1450, in quibus dicit se ab Urbe circa festivitatem SS. Petri et Pauli, peste compellente, abfuisse. Similia et ad annum sequentem de Pragensi urbe § XI ex Aenea Sylvio Raynaldus habet, uti et de Mediolano ad annum 1452 § II; ast Galliam peste fuisse infectam nullibi insinuat; cum tamen ad unum omnes B. Philippam peste obisse, qui de ea agunt, affirmant, ab his (non obstante historiographorum silentio) neutiquam videtur recedendum.

ac in S. Mauriti
riti principe
templo sepulta
fuit:

58 Corpus exanime, pergit biographus, illustris S. Mauriti clerus infra templi sui claustrum terræ infodit. Paulo aliter miraculorum Prologus, cui et in verbis fere (anno ætatis, cum morti Virgo Philippa succumberet, ut supra diximus, secluso)
B Compendium consonat; en Prologi verba: Demum de anno Dominicæ Incarn. MCCCCI in mense Octobri die xv morbo epidemiæ detenta ætatis quinquaginta annorum vel circa, quamvis alimentis roborata spiritualibus tota junior appareret, suos felices in Domino dies clausit, extremas ante fores cœnaculi B. Mariæ de Capellis infra claustrum B. Mauriti (ubi toties dum viveret, adjicit Maupertuyus, ferventissimas preces fuderat) per dominos dictæ ecclesiæ deportata, honorifice extitit tumulata. Confer modo Compendii verba, ac num ea amanuensis inscilia non sint depravata, ut num. 20 diximus, perspice: ita hæc habent: Demum anno Dominicæ incarnat. MCCCCI in mense Octobris die xv morbo epidemiæ detenta ætate xl annorum vel circa, ita ut propria alimenta spiritualibus tota junior appareret, quo feliciter in Domino diem extremum ageret, ante fores cœnaculi B. Mariæ de Capella intra claustrum S. Mauriti per dominos dictæ ecclesiæ deportata, honorifice extitit tumulata. Livraeus vero, qui in Antiquitatibus Viennensibus breviter B. Philippæ virtutes celebrat, ita in hanc rem scribit (a): Viennam Roma nempe regressa, ac peste infecta sancte moritur, cum plura in vita (quorum ne unum quidem ad nostram devenit notitiam) præclara celebriaque ferventis fidei virtute perpetrasset miracula: a morte vero ad ipsius sepulchrum in claustrum Viennensis ecclesiæ innumera facta sunt miracula, quæ litteris mandata, a testibus ac notariis fuere confirmata.

illius sepulchrum ac ci-
neres sacri

59 Quanta porro in veneratione Virginis hujus sepulchrum fuerit, idem Livraeus subiungit: Plures, ait, e confratribus senioribus viderunt supra sepulchrum clathros ferreos, ne præ honore et reverentia ob continua miracula illud incedendo pedibus quisquam contingeret; nec nisi prælatis nostris vitio dandum, eam solemniter Sanctorum albo haud fuisse adscriptam. Obiit ea anno 1451 die xv Octobris, 50 annis nata. Licet vero eo tempore in Sanctorum numerum B. Philippa haud fuerit solemniter relata, nec id postea contigisse repererim hactenus, locum tamen in Opere nostro suum jure obtinet, cum constet de legitimo ipsius cultu, cetero amplius annis Urbani VIII Decretum, anno 1825 de Sanctorum veneratione emissum, prægresso: cultum enim hunc stabiliunt, in exordio

citata Martyrologia, aliaque, ut modo visuri sumus: ac imprimis apud laudatum supra Lievræum sequentia in hanc rem gallice, quæ latine transfero, narrantur: In hujus, Philippæ scilicet, virtutum meritorumque memoriam expensis suis Matthæus Tardyt ac Franciscus Boucher ecclesiæ nostræ presbyteri singulis annis commemorationem (vernacule remembrance) cum antiphona, Salve Regina, fieri instituerunt, fit autem id, post majoris campanæ pulsus in sacello divæ Virginis Octobris decima quarta die.

60 Hisce haud multum dissona est, quæ gallice itidem miraculis subnectitur annotatio, sequentibus concepta verbis: Anno 1458 xv Octobris, obitus ejusdem Virginis anniversaria die, statutum fuit, ut singulis annis, canentibus musicis ac sonantibus organis, in honorem Dei Genitricis, inque illius sacello solemniter celebraretur missa, ac sepulchrum Virginis Philippæ (expensas omnes benevole solventibus dominis Tarditi et Bouchety hujus ecclesiæ presbyteris) floribus ornaretur, quod et observatur, et usque hodie in memoriam ejusdem Virginis continuatur. Ast quæ huc haud parum facit, illiusque legitimum cultum satis evincit, ipsa est miraculorum conclusio ita Gallice habens: Partem dumtaxat miraculorum meritis Virginis Philippæ patratorem hæc descriptio continet, quorum regestum habuere majores nostri; ast credere lubet, ea tanto præter hominum notitiam fuisse numero, ut colligi omnia non poterint. Insuper anno 1567 templum Viennense primum (vide de his plura apud Lievræum Antiq. Vienn. (b) ab hæreticis fuit occupatum, et monumenta illius direpta, ac in loco publico fuere combusta. Hac occasione majores nostri prope illius sepulchrum in ejusdem Virginis honorem altare erexerunt, ac lampadem perpetuo ardentem collocaunt; nec interruptum id fuit, nisi templo ab hæreticis occupato. Ast quod maxime, præter nomini ipsius consecratum altare, inque ipsius honorem (adi miraculum sextum, et quinquagesimum secundum, etc.) celebrata sacra, cultum eidem ecclesiasticum fuisse delatum, comprobant, ipsa sunt miracula beneficiaque cujusvis generis patrocinio B. Philippæ perpetrata, de quibus paucis modo disserendum.

pie visitata
fuerunt, ipsa-
que pluribus

61 Cujusvis generis illam inclaruissse miraculis, modo e Livraeo vidimus: horum ad Musæum nostrum, nostramque notitiam devenere numero quinquaginta septem, eaque omnia (excipe 6, et 49) publici notarii, ac pleraque testium subscriptione sunt roborata; collecta hæc, quamvis numero pauciora, fuere anno 1456 in gratiam reginæ Gallie, quod diserte apographo nostro subjecta annotatio gallica edocet: Anno 1456 die iv Januarii miraculorum Virginis Philippæ ex archetypo conditus fuit Catalogus, ac reginæ Franciæ, uti ipsa petierat, a canonicis hujus ecclesiæ missus fuit; Mariæ nempe Ludovici II Andegavensis, Siciliæ regis filie, ac Caroli VII, (adi Artem temporum notas examinandi (c) Gallie regis conjugii. Cum porro potior miraculorum pars, uti infra est videre, anno 1456 contingerit elapso, iterato Catalogum miraculorum numero 57, cujus nos copiam habemus, confectum fuisse, consequens sit oportet: vidit porro totidem numero miracula in archivo Viennensi, uti ad marginem notat, Maupertuyus, ita in hanc rem (d) gallice scribens: Sepulchrum illius, id est Virginis Philippæ, modico tempore ob præclara miracula fit celebre. Numerantur 57. Hæc inter cæci illuminati, obsessi liberati, mortui resuscitati: Verum præ reliquis formidabilis erat dæmonibus, pluresque obsessi, ac

miraculis,
quorum ali-
qua,

F

(a) Antiq. et Saint. de Vienne, p. 403. — (b) p. 479. — (c) L'Art

de vérif. les dates, t. I, p. 619. — (d) Hist. de Vienne, p. 266.

horribilibus

A horribilibus visionibus exagitati, illius auxilium implorantes, fuere liberati, abque his tetrīs apparitionibus redditi immunes.

cum ab infr

62 Verum unde Maupertuyo constiterit, Beq- tam nostram præcipue demonibus extitisse formidabilem, non video, nec ipse indicavit; asserit quidem, obsessos, ut supra vidimus, liberatos, ast quot ii numero fuerint, reticuit; cumque e miraculis infra dandis simile quid erui nequeat, unumque solummodo a dæmone obsessum ac tetrīs apparitionibus exagitatū (adi miraculum 52) patrociniū suo liberasse legatur, Maupertuyo hic assentiendum, ni aliunde ea de re ipsi constiterit, nequaquam arbitror; verius procul dubio periculose molestæque parientium, ac factum in partu extinctorum patrona singularis haberetur, cum in plerisque miraculis, ut infra perspicuum fiet, et matribus et prolis subvenisse legatur; porro miracula omnia idiomate gallico, stylogue simplice sunt conscripta, quo serrato, eadem latine versa, Vitæ subnectam, una cum eo, quod miraculis præfigitur, Prologo seu

B Præludio latine exarato: quædam quidem Compendium Vitæ Gallicum, uti et Vita edenda latine exhibent miracula; ast pauciora ea sunt, ac, chronologica serie servata, reliquis infra dandis adiunguntur: ne inferas quidem, pauca hæc solummodo biographo, ac Compendii auctori fuisse perspecta; plura namque B. Philippæ meritis fuisse peracta, ambo dilucide expresserunt: en enim huc facientia, ac, binis miraculis infra ordine primo ac tertio dandis, subijuncta Compendii verba: Summa omnium miraculorum, Infantes mortui ad vitam revocati sexdecim. Carceri inclusi liberati octo. Mulieres in puerperio laborantes octo. Cæci, qui visum receperunt, duo. Ex agonia liberati duo. Dementes et in rabiem versi quatuor. Ignis sedatus semel. Herniosus semel. Chiragra laborans mulier semel. Uxor et maritus conciliati, qui per duodecim annos non se viderant. Mulier iac perditum recuperavit. Egri variis infirmitatibus undecim. Homo per triginta annos ruhea infirmitate (detentus) diebus novem sanatus est.

dandis hanc

63 Ad calcem vero, interjectis insuper, quævis non sine levibus quibusdam discrepantiis, quinque miraculis, nempe, ut infra exhibentur, 4, 20, 11, 26, et 47, fontem, unde sua deprompserit Compendii auctor, his verbis assignat: Ex MS., inquit, satis antiquo clariss. viri D. Chorier in parlamento Gratianopolitano causidici. Biographus autem, cum Vitæ coronidem imposuisset, ad miracula quod spectat, sequentia habet: Cælo recepta Philippa, quantum gratia apud Sponsum valeret, brevi varia prodigia testatum fecere. Idem ille vetustus Codex manuscriptus, unde Vita deprompta est, quamplurima fusissime percenset, confirmata multis testibus, quorum nomina singulorum appellat, habetque adscriptum publici libellionis (quod et iis, quæ infra dabimus, apprimè convenit) archetypus chiographum. Satis lectori meo factum iri reor, si omnibus, in aliquot variorum generum summas sublatis, pauca plenius edisseram, ex quibus cætera non absimilia intelligantur. Mortuis infantibus, ut lustralibus aquis Christiano ritu inaugurarentur, vitam reddidit quatuordecim (Compendium verosimilius ex codicum discrepantia, quod et pro reliquis, si quæ differant, advertite, habet sexdecim, ac infra, ut numerum ineuntem patebit, ad vitam revocantur septemdecim) in iis quosdam concepto a parentibus voto intra domesticos parietes, alios sepulchro suo impositos excitavit. Duo exempla referam apertius. Recitætoque miraculo infra primo loco dando, aliud subiicit, quod ordine est quadragesimum nonum; cumque id in quibusdam a gallico discrepet, ac eo

Tomus VII Octobris, Pars Prior.

sit prodiciis clariusque, idipsum hic exhibere visum fuit. Cui et bina ex iis, quæ Compendii Gallici auctor, latine tamen, exhibet, cum haud modice ab infra ordine 26 et 47 dandis discrepent, itidem hic proponam.

auctore
M. S.

64 Ita id a biographo exaratum habet: Claudia Joannis Fournery Conjux in pago S. Martini trans Rodanum anno 1454 (gallicum habet 1459) mense Majo mortuam filiam peperit. Cum eam vita carere constaret, mæsta obstetrix cæteræque mulieres silentio defodiendam censebant. Obstiter, qui forte aderant, Petrus Catoni et Petrus Bulues, ne profana terra tegeretur; sumtam in manus ad Philippæ cineres sacros deferunt, tumultoque superponunt. Mirum dictu! quo temporis puncto divinis altaribus adstans sacerdos Ludovicus Galtheryus sacro carmine victimam immortalem Deo mactabat, puella multis spectantibus (qui hoc deinde tabulis evangelicis imposita manu jurati affirmarunt) labia et caput movit, alterum oculum aperuit, ore pituitam, naribus cruorem fudit, ad quem illisa anima non sine claro strepitu erumpebat. Eam illico S. Ferreoli parochus sacro rore tinxit ad curiale lustralis aquæ labrum, servato per otium ecclesiasticarum ceremoniarum ritu. Post quinque horas puella ad concessi muneris fructum percipiendum vita cessit. Ast et tertium biographus subiungit miraculum, illud nempe quod infra decimo exhibetur loco, hoc solo discrimine, quod, quem biographus in vico, Sapando (vernacule forte Sapey prope Gratianopolim) captum asserit, eundem miraculorum collector Rupefortii in Sabaudia apprehensum fuisse, affirmet; verum oscitantia describentis, quædam fuisse prætermissa, manifeste apparet, solet enim biographus, ubique verbo, quo miracula in variorum generum summas conferre antea sponponderat, exacte stare; hic autem, ex abrupto velut, is, qui nobis Vitam descripsit, miraculum de incarcerato isthoc interserit; quænam autem omissa sint, aut quot incarceratos (Compendium numerat octo) asseruerit biographus liberatos, prorsus ignoro.

modice discre-
pent,

65 Quod ad ea spectat, quæ Compendii auctor exhibet, ita primum, quod infra ordine est vigesimum sextum, se habet: Anno Domini mcccclvi Banetus asseruit, esse duodecim circiter annos, quibus non viderat Claudium filium suum, qui discesserat absque licentia, et dimiserat uxorem suam, seque vovisse libram ceræ beatæ Virgini Philippæ. Rediitque, antequam annus elapsus esset in Quadragesima cum uxore, cum antea nollet se videre, aut possent compati. Confer modo miraculum idem loc. cit. infra descriptum, ac eidem alterum, de Claudii filia mortua B. Philippæ meritis ad vitam revocata, additum videbis. Aliud vero miraculum, quod infra est ordine quadragesimum septimum in hunc modum Compendii auctor enarrat: Anno mcccclviii die xxvii Maji mulier pluribus liberis onerata, cum doleret multum, quod non haberet, unde eos educaret, in tantam progressu temporis venit insaniam, ut in desperationem incideret ac tamquam vesana per campos vellet discurrere, seque per fenestram dejicere, quod fecisset, ni mater eam detinisset. Mater cum multa miracula B. Philippæ audisset, vovit eam, quod, si sanaretur, veniret ad tumulum, et novem libras ceræ offerret, nec nisi panem comederet, et aquam biberet, donec adimplevisset votum: quo facto statim amens rediit ad pristinam et sanam mentem. Nihil ergo de matris convictu difficillimæ morositate, quam contra secus ac miraculorum collector dilaudat, ac votum ipsum emisisse Compendium astruit.

hic exhibere

66 Pergit porro Biographus his verbis: Mentis

AUCTORE
M. S.

A impotes insania liberati sex. Ex his illud potissimum scitu dignum duxi, nempe quod modo e Compendio vidimus, quodque infra num. 47 dando conforme est. Conclamati et animam agentes ex morbo recreati nonnulli statim post invocata Virginis opem, seni circiter. Prægnantes ad pariendum adjunctæ totidem. Unius miraculum, quæ est ejus admirabilitas, tacere religio est, narratoque miraculo quod ordine undecimum est, subjungit: Quid alia sexcenta commemorem? Conjuges duodecimum jam annum dissidentes, mutuoque conspectu fugitando longissime divulsi, a mariti patre concepto voto, repente conciliantur. Lac in mammis, jam per aliquot dies extinctum, nutrix, eadem ope accersita, recuperat. Variis morbis afflicti terribidè præsentissimas Divæ suppetias experti sunt. Adductoque miraculo infra postremo loco exhibitio, quod anno 1462 Biographus, miraculorum vero collector anno 1472 contigisse asserit, lucubrationi suæ coronidem imponit in hunc modum: Prodigiorum agmen claudet cœlitus cohibitum incendium. Verumtamen, cum haud modica Biographum inter et miraculorum Collectorem, uterque enim miraculum hoc exhibet, occurrat discrepantia, et illud hic proponere visum fuit,

B præmonito tamen Lectore, annum, quo miraculum hoc contigit, perperam verosimilius (antea enim habebatur 1456) in apographo nostro fuisse mutatum, ita ergo illud, quod apud miraculorum Collectorem ordine est trigesimum, Biographus proponit.

Illustrata fuit:

67 Anno 1454 Augusto mense, paulo ante mediam noctem in S. Genesii vico magnam ædium partem flamma, incertum unde oborta, populari cœpit: crepantis cymbali tinnitu excitati omnes incolæ, prosiliunt lectulis; attoniti spectaculo, et imminenti in sua etiam tecta pestis contagia reformidantes, consilii nihil explicabant: vehemens noctua omni remedio potentius malum longe lateque spargebat. Jam obvia quæque depastus vapor Goffredi Girini religiosi sacerdotis domui celerimum exitum intentabat; aderat quidem alius sacerdos nomine Stephanus, ambo stupefacti malis, cladis suæ spectatores adstabant: donec admoniti Viennensem illam tot miraculis claram Virginem sibi patronam adsciscere, vovere ambo, Goffredus, se pia peregrinatione Beatæ Reliquias aditurum, Stephanus, missurum se in donarium perexiguum (ut erat illorum temporum locorumque in assiduis bellorum direptionibus tenuitas) pecuniæ summam, scilicet tres solidos cum triente, seu denarios quadraginta, duos grossos vocat manuscriptus Codex. Placuit Philippæ promissum. Continuo posuere Austri, et excitatus Boreas flammæ globos ad pagi partes ædificiis vacuas retorsit, et incendii vis tamquam affusa aqua resedit; si quid aura distulit, innoxio casu lapsum est, ut torres, in villæ cujusdam axiculis operatæ tectum impulsæ, nullo potuerint esse nocumento. Hæc ille idem Goffredus Viennam profectus, ut se peregrinatione confecta, socium munusculo exsoluto, voto liberaret, dato jurejurando coram Viennensibus aliquot civibus asseveravit.

exstant et in
illius honorem
Antiphona et
Oratio,

68 Conjiciet hinc fortasse non nemo, plura quam quæ infra numero quinquaginta septem exhibentur, Biographo præluxisse miracula, nec multum ipse reluctor; id enim Biographi verba modo relata luculenter satis innuunt, idque ea, quæ num. 60 vidimus, conficere nata sunt; ut ut hæc porro se habeant, frequentibus B. Philippam coruscasse miraculis, hinc plus quam satis fit manifestum, ac dignissimam eam fuisse, cui ab

ipso fere obitus tempore honores ecclesiastici rite exhiberentur. Modo paucis etiam de Antiphona, cujus num. 57 meminimus, agendum; ita hæc in MS. nostro habet:

AD VIRGINEM PHILIPPAM.

Ave gemma castitatis,
Flos et decus puellarum;
Ave splendor nobilium.
Philippa Viennensium,
Urbis almæ fortitudo,
Sors et propugnaculum,
Tu quæ comes es Virginum,
Regis summi sponsa Christi,
Sume preces servulorum,
Tela frange adversantium,
Pestis tolle virus,
Et da salutis solatium.

Ora pro nobis Beata Virgo Philippa,
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Deus, qui filios Israël cruce signatos ab exterminio Angelico quondam liberasti, exaudi nos quæsumus in angustiis et miseriis positos, et interveniente Beata Philippa Virgine tua civitatem atque diocesium istam Viennensem, regniq; totius Galliæ ambitum et a morbo epidemiæ et a mortifera peste corporis et animæ eruere dignare. Per Christum.

num autem in
ecclesia publi-
ce cantentur,
unde eriam,
non habeo.

69 Num vero Antiphona hæc hymnusve talis sit, ut publice in Officio ecclesiastico, quo Bealam hanc Viennæ aut alibi gaudere non reperi hactenus, cantetur, num vero quis pro privato suo in B. Philippam affectu hymnum hunc antiphonamve adornarit, dicendo non sum; cum nemo, uti nec ipsemet miraculorum collector ea de re verbum faciat, meve inscium instruat. Nec minus in obscuro est, quo qualive cultus genere Virgo hæc hisce posterioribus temporibus gaudeat, aut gravisa fuerit: clathros istos ferreos, quibus sepulchrum B. Philippæ fuerat cinctum, suo tempore Lievræus (adi num. 59) scripsit non amplius extitisse, eosdem quidem a senioribus confratribus, seu divi Mauritiî cathedralisque Viennensis templi canonicis idem asserit fuisse visos, cumque Lievræana lucubratio, ut publica luce digna, anno 1623 fuerit approbata, clathri ii, sæculo decimo sexto jam adulto vel senescente, casu mihi ignoto haud improbabili conjici possunt fuisse ablatis; honores tamen de quibus num. 60 egimus, etiamnum continuari suo tempore, is, qui nobis miracula descripsit, annotavit aut in autographo notatum, ut num. proxime citato est videre, adjectit. His plura de B. Philippa non inveni, et proin huic Commentario finem impono.

F

VITA

AUCTORE ANONYMO ÆQUALI [a].

Ex Ms. a P. Chiffletio Societatis
Jesu presbytero submisso.

Nata est Philippa in Boiis b, in arce cui Changuyaco c nomen juxta Crosetum d Forisiensis tractus oppidum, qua Palissam e itur: claro ex utrisque parentibus satu; nam pater Joannes de Campotemilano

B. Philippa
in Boiis nas-
citur, defuncto
patre matris
unius curæ
relinquitur,
seduloque edu-
catur, ac viz
b
c
d
e

A Campotemilano *f*, mater Joanna de Verniaco *g* natalium splendorem *h* Christiana virtute nobilitaverant. Ille secundum filiae ortum paucis diebus extinguitur; hæc tollendam eam, atque domestica disciplina educandam cum suscepisset, facile teneros mores veræ pietatis rudimento imbuat. Inter cæteras religiosæ matronæ dotes eluxisse fertur præcipuus adversus Deiparam cultus, quam variis corporis afflictationibus, precibus et ad ejus Aniciense signum *i* frequenti peregrinatione et ejusmodi venerationis genere studebat demereri. Neque obstat ei imposita totius Changyacensis basilicæ administrandæ provincia, quam incorrupta fide obit, quo minus caram sobolem magnis heroicæ virtutis incrementis ad perfectæ sanctimonie laudem informaret. Respondit culturæ seges: Philippam recti honestique amor sic incendit, ut cum annis pariter probitas adolesceret, et indies confirmaretur. Vix emenso pueritiæ flexu (quæ fuit supra ætatem indolis maturitas) in maternæ procurationis ac muneris partem cooptata omnibus sese probavit, materna cura ac præceptis nusquam destituta.

pueritiæ annis
egressa cum-
matre Chan-
gyacensis ca-
stri, pietati
mire addicta
curam gerit,
adultor effu-
cta cum virgi-
nitatem serva-
re decrevisset,
varie

B 2 Jam tum in ea singularis rerum divinarum sensus. Familiaribus muniis perfuncta se in sacellum abdebat, quo posset a turba secretior celestium mysteriorum commentationi tranquillius inservire. Unde si quando æqualium puellarum nobilium invitatu prodiret, ut eas suavitatis vocis, quam percipite moderabatur, oblectaret, tantisper obsecuta, confestim occupationum gravitatem et multitudinem causata, ad labores domesticos aut divini colloquii quietem boni otii parcissima, se recipiebat. Nihil ei jucundius quam de Deo et hominum sempiterna salute sermonibus interesse; hinc fiebat, ut de Christiana re concionem, quantum licebat, nullam inauditam abire sineret: divina re obeunda, Christoque in Eucharistiæ latebris adorando nunquam explebatur. His artibus munitam pudicitiam impurissimus Virgini hostis non dubitavit attentare. Ingenua Philippæ comitas, morum suavitas, virginea modestia, magnum insitæ venustatis ornamentum, stirpis denique claritudo, procorum turbam concivit. Ne consanguineis quidem et affinis magnopere nuptiæ improbabantur. Unam Virginem, utpote quæ jam in æterni Sponsi manus convenisset *k* mortalis thalami pœnitebat. Enimvero adolescentes ejus nuptias ambientes repulsa acrius inflammabat. Ausi etiam nonnulli intermato pudori moliri insidias, precibus oblatisque ingentibus donis eum oppugnare, et quando blanditiis nihil moveretur, gravibus minis Virgunculam terrere conari: illa interim cœlesti ope imploranda sperandaque cacodæmonum fraudes elusit.

a da-mone ne
castimonie
hostibus tenta-
tur, aut illam
præservatur.

C 3 Vehementissima impressio ea fuit, cum mulier *l* specie probitatis impuram mentem obtegens, et cum ea non levi necessitudinis et amicitie fœdere conjuncta, cum virginei floris hostibus, ad expugnandam Virginem, flagitiosi consilii societatem iniit: quibus eam laqueis Christus expedit, voluntariis doloribus corpus assidue vexantem, et sacrorum mysteriorum cogitationi perpetuo intentam. Multum quoque profuit illi, cujus erat egregium specimen vultus oculorumque modestia, et diligens in loquendo, si opus esset, cautio: cæteris temporibus altissimum silentium, et inertie turpisque otii, quo plerumque generosæ puellæ marcent, odium accerrimum. Tum vero, cum se votis exclusæ cernerent fœda libidinis mancipia, amore in furorem verso, maledictis et obtreactionibus ejus extinctionem omni contentione adorta, etiam præsentia audientique virulenta probra *m* ingerebant: illa bene sibi conscia, et contumelias sprexit, et de

se pessime meritos inimicos ne minimo quidem iracundiæ argumento læsit. Hactenus quamvis ex audito certis tamen auctoribus comperta locutissimus, quæ fuerit Philippæ usque ad vigesimum ætatis annum educatio atque virtus. Reliquorum triginta, quibus sancta civitas Vienna *n* tantarum virtutum ingenti quasi theatro sitarum spectatrix fuit, historiam eo scribam lubentius, quod ea dicturus sim, quæ et egomet oculis hausi *o*, et quamplurimis aliis sunt notissima, quos illa juxta atque me benevolentia sua, familiari colloquio et frequenti apud Deum patrocínio dignata est.

4 Bolorum *p* finibus egressa, nata viginti annos, Viennam Allobrogum accersita est, ut illustri loco matronæ dominæ Castellane *q* in nobilium puellarum comitatu famularem operam præstaret: quod jam in eodem ministerio fratris *r* ejus uxor Margareta *s* nomine versaretur, quodque alias Philippæ parens Joannes de Champs le Milan *t* in fratris domine du Chastel Joannis de Norry *u*, qui tum ad Viennensis ecclesiæ gubernacula sedebat, domestica familia liberales operas locatas habuisset. Commodum civitatem sanctam inviserat, cum in sacra concione exquisitiorem corporis cultum exagitari audivit tamquam superbiæ fomitem, et ingrati Deo alieni amoris illecebram: adhuc comitum suarum more nitorem atque elegantiam studuerat in vestitu; ut sensit a divini verbi præcone culpam, continuo, quidquid erat lepidioris ornatus, abiecit, tenui modestoque cultu contenta. Non erit abs re hoc loco illud commemorare, id eam in cæteris omnibus facitare solitam, ut virorum probitate doctrinaque præstantium, præsertim quibus animus purgandum regendumque crediderat, præceptis esset obsequentissima. Unum aliquem *x* de clero præclare novi Sanctæ Virgini perfamiliarum, quem illa sæpenumero rogavit, ut, si quid in se justæ reprehensioni obnoxium notasset, significare ne gravaretur.

5 Simul venustiore comitum aspersione est, cæteras itidem oblectationes et nugatorias aulicæ vitæ sibi delicias interdixit: dumque, ut fit, sub cœnam expectatur, ut inferantur dapes, et id spatium a basilicanis inepta confabulatione, mutue irrisionis ludicio, et interdum protervis salibus, fallendæ famis gratia, consumitur; dum a cibo solutioribus jocis indulgetur, in episcopalem ædificulam *y*, item ut olim in Changyacensem, concedere instituit, exercitandæ in summi boni contemplatione menti *F*, usque adeo ignaviam exosa, ut ad mensam accumbenti, nihil videretur longius, quam ut ad opus aliquod elaborandum, aut divina animo volvenda revolvaret. Ad laxandas miserorum angustias mirifice propensam fuisse, ex eo quivis intelligat, quod inopes omnes, imprimis ære alieno implicitos, aut qui morbo, senectute, corporis vitio, victum sibi parare prohibebantur, singulari miserationis sensu excipiebat ad se confugientes, solabatur allocutione, cibo et potione recreatos ad heram deducebat, ut ejus ope archipræsuli fratri commendarentur. Publicas custodias invisebat, ut eis aliquid opis imperitiret, ægrotos item et puerperas, genium sæpe defraudans, et de demenso suo comparcens aliquid, quod egenis erogaret: quos ultro ubique vestigabat, in ptochotrophis *z* et nosocomiis *aa* frequentissima, earum potissimum miseratione movebatur, quos omni ope aliena videbat esse destitutos.

6 Romam solemnibus Jubileo proficiscens, assidui mœroris materiam invenit, stratis ad viam et spiritum passim efflantibus religiosorum peregrinatorum quamplurimis. Quid ei tunc animi fuit in reditu, cum una muliere comitata (reliquis ad curanda cor-

ACCIPERE
ANOTHO.

Viginti annis
nata Vien-
nam, ut domi-
na Castellane
famuletur,
adit, vestium
pompa desce-
rit,

p
q
r
s
t
u

x

ac cæteras au-
licæ vitæ deli-
cias spernit:
miseris varie
solvitur,

y

F

z aa

ac Romam so-
lemni Jubileo
proficiscens,
indeque regre-
diens iisdem
compatitur, et
Viennæ suc-
currit,

p
ora

AUCTORE
ANONYMO.

pora in diversoria dilabentibus) ad ædiculam orationis causa se contulit, quod et alias in itinere solemne habuit, ut quamvis ex imbre madida et algore horrens, quotidianum precum pensum exsolveret. Ibi tum forte jacentem mendicum et animam agentem nocte omissa reficiendarum cibo virium memoria, solari et omni subsidio levare institit, usque dum urgente comitatu ab opere pio ægre avelleretur. Decumbentibus ex morbo in xenone *bb* dapes propriis manibus parare, et apponere, cum vilibus mulierculis, quas eadem inopum cura ptochiorum *cc* ministerio addixerat, palam versari, colloqui, obire templa, ergastula, pauperum tuguriola non satis habens, etiam absentium egestate sollicita Franciscanis monialibus *dd* parthenonis Aniciensis corrogatam a Delphinatibus matronis stipem missitabat.

divina con-
templationi
vacat, ne nu-
merosis in
templo precibus
fundit.

7 His omnibus haudquaquam defessa, sexcentis tanto gravius laborum onus Sponsi causa tolerandum optabat offerri; porro cum se actioni dedisset satis, demoderatorum sententia ad fruendam divinæ contemplationis quietem paululum se negotiorum turbæ subduxit. E lectulo, quem subjecto assere duraverat, et in quo vestibus semper obvolutum corpusculum ad breve spatium sternebat, placide erepens, in templum se ante lucem presentabat, ut canentium clericorum variis variarum horarum psalmis, deinde compluribus sacrificiis ad multum diei interesset: utroque interim genu nixa Virgini Delparæ, Spiritui Sancto, Crucis et cruciatuum Christi honori dicatos psalmos et preces, septuplicem Davidis penitentis hymnum, piis item manibus sublevandis descriptum, et viginti Lectionibus intertextum psalterium *ee* aliqua non pauca decurrebat fere citra ullum internæ suavitatis (quod ipsa apud viros pios non semel quæstæ est) gustum atque solatium: ac si quo die in eo munere quæpiam a Deo concederetur animi jucunditas, tum sibi velut ingens molestiarum pondus abjecisse videbatur.

in opere dili-
gens, variis-
que virtutibus

8 Post bene longos cum superis congressus domum reversa, paucis horis de operæ diurnæ penso plus multo effectum dabat, quam aliæ puellæ multis, quod ejus illustris hera fœminis quibusdam solita erat affirmare. Acerbitatum et laborum eximie patiens, honoris unius erat intolerantissima: in bonis malisque rebus æquabili semper vultus dignitate et comitate: oculis humi assidue dejectis, quos inter sacram meditationem uno eodemque loco defixos nusquam dimovebat. Fortunas omnes fratri concessit, neque ullo ejus rogatu potuit umquam adduci, ut iis denuo potiretur: tenuissime victitabat, domandæ carnis studiosissima: jam adulta et nubilis Deo virginitatem *ff* voto consecravit. Utroque parente orbata luculentum dynastam *gg*, eam ad nuptias cum aliquo ineundas hortantem, et sponte magnum pecuniæ numerum de suo dicentem doti, constantissime aspernata est. Neminem unquam dicto, facto, exemplo læsit; nec tamen ita blanda, ut non perhumane adolescentum quorundam petulantiam, et ore in Deum sacrilegos, aut jurejurando temere abutentes, tametsi potentiores homines verbis castigaret. Materno exemplo ad loca religionis inclita Aniciensis Virginis celeberrimam effigiem *hh*, S. Claudii *ii* incorruptas exuvias aliquoties venerabunda peregrinationem suscepit.

hh ii
effulgens,
Viennæ peste
infesta, in Do-
mino obdormi-
vi.

9 Ejus in parentes pietatis illud extat exemplum. Cum adolescentula in Changyacensi castello penuariæ cellæ curatrix esset, rogata a quodam e famulis, ut ei ex arundinibus, quarum in quodam cubiculo, cujus clavim asservabat, magna vis erat,

unam donaret, morem gessit: conclave reserandum opprimat mater, cunctatur studiosæ, quid rerum gerat; summa in genitricem observantia puellam ita consternavit, ut responso aspergeret vanitatem: sed deprehensa in mendacio, colaphis ab irata parente acerbe objurgata, numquam exinde dolorem posuit, ex dissimulatæ veritatis et exacerbatæ matris noxa contractum. Avolavit ad Sponsi beatos amplexus anno 1451 Idibus Octobris, quinquaginta circiter annos nata, quamvis ex vividâ lineamentorum temperatura quivis longe natu minorem pronuntiasset. Grassata in plebe lues *kk* mortalium numero S. Virginem eripuit, ut adderet immortalibus. Corpus exanime illustris S. Maurittii clerus infra sui templi claustrum terræ infodit.

ANNOTATA.

a De Vitæ scriptore plura observavi in Commentario prævio § 1.

b De his actum est in Commentario prævio § 11.

c In margine Vernacule Changy. Adi prædicti Comment. num. 12.

d Vulgo Croset, ut ad marginem additur; ast hic mendum esse, et loco rō scribendum rō z, vero opinati sumus similis Commentarii num. 15.

e Oppidulum non incelebre in Borbonensi tractu quingue leucis Varenna, novem vero Molinis dissitum, quod fluvius Besbria perluit. Vide Dictionaria Corneilii et Baudrandi.

f De Philippæ patre vide num. 16. In apographo nostro ad marginem additur: de Champemilan al. de Champdemilan, cumque promiscue auctores de Campo Milano scribant, eo pariter vocabulo et nos uti sumus.

g Vernacule de Vernay. Plura, quæ ad eam spectant, videbis num. 17.

h De nobili ipsius genere consule Commentarium prævium numm. 18 et 19.

i Adi § 14 num. 50, et plura vide apud Jacobum Branche (a).

k Hæc latius explicata habes § 111 num. 29 et sequentibus, diximusque ibidem, eam servandæ castitatis sibi legem imposuisse intra id, quod a decimoquinto ad usque vigesimum ætatis annum defluxit, tempus; et quamvis ipsummet annum haud valeamus assignare, hunc quidem a decimoquinto haud multo, arbitrati sumus, removendum.

l Quæ qualisve ea mulier fuerit, tacente biographo, frustra divinavero; ea tamen B. Philippæ cohabitasse innuitur, ac eidem amicitia vinculo fuisse conjuncta assertitur.

m Horum specimen unum, num. 34.

n Notior ea urbs est, quam ut illius pluribus meminisse debeam.

o Synchronus ergo est biographus, et Beatæ Virgini familiaris extitit. Redi ad annotata lit. a.

p Adi supra lit. b.

q Quæ ad hanc illiusque sororem dominam de l'Espinace spectant, discussa habes § 111.

r De fratre, quem nonnisi suppresso nomine biographus commemorat, infra iterato agit, eademque Philippum bonorum suorum transcripsisse notat dominium, quod ut ipsa reassumeret, induci a nemine potuit.

s Hæc eidem familiæ Castellanzæ adscripta de cætero mihi fere ignota est, nec de ea specialia referuntur; allaboravit tamen et ipsa, ut B. Philippa fortunas suas reciperet, eamque instante

A prandio, ut cibum caperet, crebro (adi num. 51) admonuit, uti Compendium Vitæ Gallicum habet.
† Redi ad Annotata lit. f.

u Præfuit præsul hic ecclesiæ Viennensi testibus Sammarthanis fratribus (a) usque ad annum 1438, quo Bisuntinensis archiepiscopus creatus, ante solemnem ingressum Giaci obiit: interfuit et is, ut iidem asserunt, Conciliis Pisano anno 1409 ac Constantiensi ab anno 1415 celebratis. Ast rectius Maupertuyus, qui non archipræsulem Joannem de Norry, verum hujus decessorem Joannem de Nante utrique Concilio, in quibus præter hæc verba, Joannes Viennensis (b) ac Joannes episcopus Viennensis, (c) nihil habetur, interfuisse annotat, quod et Sammarthanorum testimonio roboratur; ii enim dum Parisiensium præsulum Catalogum exhibent, (d) sequentia scribunt: Joannes de Nant, iv (vide ibidem illius cœnotaphium) ex illustri Gente de Nanto in Burgundie comitatu oriundus, renuntiatur antistes die festo S. Dionysii ix Oct. 1423, quod constat ex veteri Diario manuscripto historiæ Francor. in quo vocatur Viennensis. Liqueat igitur præsulem hunc utrique synodo ante annum 1423 celebratæ, non vero hujus successorem interfuisse. Obiter hic adverte Martyrologii MS. num. 1 cit. errorem; præsulem enim hunc anno 1451, cum ultra annum 1438 in vivis haud fuerit, etiamnum superstitem facit.

x Quis ille fuerit, divinare non lubet.

y Beatam nostram ædes inhabitasse archiepiscopales et sup. num. 42 observavimus; verum cum archipræsulis mors B. Philippæ obitum diu præcesserit, ubinam illa et hera defuncto præsule domicilium habuerunt? Intactum id biographus, Compendium, aliique prætereunt, nec aliunde id eruitur; attamen heram dominam Castellanam alias Viennæ a morte fratris incoluisse ædes, suspicor, eique Beatam ad extremum usque diem, quem certo Viennæ obiit, adfuisse autumo.

z Pauperum, mendicorumve receptaculis.

aa Id est, valetudinariis.

bb Id est, peregrinorum diversorio.

cc Idem quod ptichotropium. Vide Annotata ad lit. z.

dd Verosimilius Ordinis S. Claræ, quas primo loco alias inter monialium congregationes Corneilius enumerat.

ee De hocce viginti Lectionibus intertexto psalterio vide Comment. præv. § iv num. 47.

ff Vide Annotata lit. k.

gg Quis ille fuerit mihi incertum.

hh Redi ad Annotata lit. i.

ii Vide dicta num. 50.

kk Ad marginem additur: Epidemia seu morbus popularis. Ea, quæ latius huc spectant, habes § v. numm. 56 et 57.

clesiæ antiquitus editum. Ex. MS.

D. Joannis Le Lièvre.

AUCTORE
ANONYMO.

Illa S. Spiritus gratia irrorante, quæ simul convocatis in die Pentecostes Apostolis claritatem infudit, atque in illis mirabiliter refulsit, in hoc quæ gesta sunt hemispherio, ut Christi sequutoribus liqueant, firmiterque fomite meliori virtus illa, sine qua hominem salvari fides nostra non patitur, stylo sub breviori concessio hujus laudandæ, ut facta sinunt, Virginis Philippæ Vitam, partim demonstrando miracula, ut pie creditur, per eam demonstrata, non tacebo. Illa igitur sub ducatu de Borbonio b imo de Changy prope Crozetum c, quod est in comitatu Forensi d a domo nobili de Champ de Milan ortum trahens, ætatis quadraginta e vel circiter annorum nobili Annæ de Nory f dominæ de Castro fideliter serviendo, habitus fatuæ mundanizationis portans, in hanc Viennemensem applicuit civitatem, patre reverendissimo Joanne de Nory g ejusdem Annæ fratre in hac Viennæ sede sanctissima E præsulante. Quæ Virgo voluntarie ad supernam citata dotem dictos habitus dereliquit, nondum ipsius magistræ servitium renuendo, quinimo, quæ non inventa est otiosa, obsequiis divinæ propaginis non defuit, eodem in statu certo temporis spatio exinde sequuto eidem ipsi magistræ fuit percunctata. Quæ post solitariam (quamvis inter populares viveret) vitam ducere conaretur, divinum ecclesiæ servitium sub honorandissimo contextu sæpissime reiterando, et semel in anno generaliter a tempore ejusdem notitiæ (ut a suis confessoribus elicitur) pura et integra confessione fatebatur: viaticum recordans humiliter assumendum reiterationibus properatis visitavit.

O quantis vicibus incorruptæ Christi Matris amore saucia Anicium h, cœnobium SS. Antonii i, et Claudii k visitare non desinens, Romam quam pie ac devote hilari vultu, pede conculso in anno Jubileitatis perrexit. Numquam se devotioni l corpore ipsius cordulis alligato, illa seu cuncta peragens concordiam discordantibus, tractans infirmos hospitalium cum servitio visitando, consolando desolatos, de bonis sibi collatis pauperibus distribuendo, F cuncta misericordiæ opera assidue adimplebat. Et quæcumque celebrarentur in Sancta Viennensi ecclesia ab hora matutinali usque ad Completorium inclusive, ac prædicantium verba aptissime inseguens, non solum ibi vel locis circumvicinis, sed etiam Lugduni ad audiendum eos diligenter cum affectu currebat. Vexavit m in jejuniis et diversarum generibus abstinentiarum, interiori vita frui conabatur. Mores suos vultu gratabili ad quæque divina aptavit. Demum de anno Dominicæ Incarnationis mccccli in mense Octobri die xv morbo epidemiæ detenta ætatis quinquaginta annorum vel circa, quamvis alimentis roborata spiritualibus tota junior appareret, suos felices in Domino dies clausit, extremas ante fores cœnaculi B. Mariæ de Capellis infra claustrum B. Mauritii per dominos dictæ ecclesiæ deportata, honorifice extitit tumulata, quæ cum devote expostularetur, quæ sequuntur, miracula edidit.

PRÆLUDIUM

MIRACULORUM

VIRGINIS PHILIPPÆ.

a quodam presbytero a Viennensis ec-

(a) Gall. Christ. Antiq., t. I, p. 808.—(b) Labbe, t. XI, Conc. col.

2217.—(c) T. XII, col. 1480.—(d) Gall. Christ. Antiq., t. I, p. 437.

ANNOTATA

AUCTORE
ANONYMO.

ANNOTATA.

- A a Quis presbyter ille fuerit, scire haud potui; vide quædam hic spectantia Commentarii prævii § i num. 7, et observa, insigniter obscurum integrum hoc esse Præludium.
 b Ad Comm. præv. num. 13.
 c Vide Comm. præv. § II.
 d Consule § proxime citatum.
 e Alii rectius id anno ætatis illius vigesimo contigisse asserunt.
 f Redi ad Comm. præv. num. 36 et seq.
 g Vide Annotata ad Vitam tit. u.
 h Ad § IV num. 50.
 i Ibidem.
 k Vide eundem numerum.
 l Amanuensis oscitantia quædam ommissa sunt.
 m Nec hæc sibi recte cohærent.

B

MIRACULA

PER INTERCESSIONEM VIRGINIS PHILIPPÆ

PERPETRATA

Auctore anonymo e MS. gallico.

PARS PRIMA.

Varia Viennæ ad Beatæ Philippæ invocationem miracula eduntur.

Meritis B.
 Philippæ mulier periculose infirma ac parvi proxima sanatur; huius filius, quem mortuum enixa fuerat, viæ restituitur.

C

Anno 1452 die x Februarii. F. Guilielmus Gerry Ordinis Carmelitarum Viennæ asseruit, ac coram notario et testibus affirmavit, se pridie adisse mulierem nomine Claudiam, uxorem Petri Venut, parochiæ S. Blasii a, quæ gravi ex infirmitate mortu erat proxima, ac insuper premebatur partus angustis et doloribus: Deum ergo prædictus F. Guilielmus deprecatur, pluraque pro eadem muliere suffragia et preces recitat, quæ tandem matutino tempore enixa est filium mortuum; mortuus porro hic infans delatus fuit ad sepulchrum Virginis Philippæ, voto ac promissis factis a parentibus Deo, gloriæ Virgini Mariæ ac Virgini Philippæ, quod, si vita donaretur, baptizareturque puer, offerrent candelam Virgini Philippæ æqualis ac puer ponderis. Extemplo ac in momento temporis infantis palpitare incipit dexter oculus, quem quater quinesve aperit, quod advertens F. Guilielmus Carmelita baptizavit infantem, imposito eidem Joannis nomine: perstitit porro in vivis, percepto confirmatum fuit ab infantis patre Petro Venut baptismati præsentem. Actus signatus erat. Vital.

2 Anno prædicto xi Februarii. Idem F. Guilielmus Gerry Carmelita, uti et domicella Antonia

Vidua Joannis Blein parochiæ S. Andreæ Monialium b testati sunt dictam Antoniam, qua obstetricem, recepit præsentem patre Carmelita infantem mortuum, qui unius ac mediæ horæ tempore sine ullo permansit vitæ signo: verum simul ac Virgini Philippæ devotus fuit, ac super ejus sepulchrum reclinatus, oculum aperuit, corpus movit, aliquoties nutricis lacte refectus est: baptizatus ergo fuit, ac post horam cum dimidia exspiravit. Contigerunt hæc præsentibus testibus, fuitque oblatus in gratiarum actionem Philippæ Virgini cereus. Erat signatum. Perret et Vital.

3 Anno 1453 die viii Aprilis aliud miraculum in Sacello Sanctæ Dei Genitricis per merita et intercessionem B. Virginis Mariæ ac Virginis Philippæ contigit. Octo solummodo mensium puella Henrica dicta, filia Jacobi de Eyrieu notarii, et Aloysiæ ejus conjugis loci de Maleval c diocesis Viennensis incolarum, ob gravem morbum ante bimestre contractum morti proxima erat; verum cum domi a parentibus utroque poplite flexo devoveretur Philippæ Virgini, ac pater insuper, si sanaretur filia, promitteret, se oblaturum eidem Virgini unius libræ cereum, iturumque a ponte Rodani ad indu- E sium usque nudum ad Virginis sepulchrum: voto facto, sine adminiculo aliquo se levat filia, ac spiritus miraculose corpori redditur, ac si nullum filia incommodum passa fuisset; votum Virgini Philippæ factum, coram testibus fuit impletum. Erat signatum. Vitalis.

4 xii Augusti 1453 aliud miraculum contigit Germano l'Hardys Cabilonensi d in Burgundia e: hic testatus est, sese incarcerationum fuisse in castro de Corbien f in turri quadam duabus fere leucis Vapinco g dissita, ob equum, quem ipse ac complex unus a quindecim diebus furto abstulerant Segusterone h in Provincia i. Hic porro cum inaudisset sabbato sequente se uti et complice a domino de Corbien Segusteronem deducendos, ac justitiæ ministris tradendos, vitæ periculum exiliumve metuens, Virgini Philippæ, eo tempore ob sanctitatem ac miracula perquam celebratæ, sese commendat, vovetque, se nudum h, si vitæ periculum evadat, a dicto loco incessurum, Virginis ejusdem sepulchrum visitaturum, ac unius libræ cereum uti et duarum librarum e cera factam imaginem oblaturum: quo facto, statim percipit claustra relaxari in tantum, P ut digitum posset interponere; hinc bacillo eadem reserat, evaditque per fenestram turris, ferreo ante rejecto longurio, ac altitudine duarum lancearum, fune ex detrito inibique reperto sacco confecto, sese demisit, catenasque, quibus pedes constricti erant, elevatas, ne murmur excitarent, spatio, quod balistæ globus quater explosus conficit, portavit; cumque et iis se expediisset, Viennam, voti solvendi causa, nudus accessit, cereumque in gratiarum actionem pro impetrata libertate coram testibus obtulit. Erat signatum. Perreti.

5 Aliud miraculum die xxiii Augusti 1453 contigit. Joannes textor dictus Paf parochiæ de Argoir l diocesis Lugdunensis periculose decumbens ac morti proximus ex inflammatione carbunculi, a sorore sua Joanna devotus fuit Philippæ Virgini; sperabat enim illa, eum meritis et virtutibus Virginis huius pristinam sanitatem recuperaturum, ac oculorum usum, quem fere perdidit, recepturum; vovit ergo infirmum, si sanaretur, Viennam nudum m ac discalceatum accessurum, et imaginem ceream duarum librarum oblaturum. Voto Deo facto, infirmus Viennam versus progredi incipit, modo ante promisso

Infans mortuus resuscitatur. D

Puella morti proxima sanitati redditur. e

Carcere detentus libertati restituitur. d

e
f
g
h i

Infirmus ac oculorum fere usu privatus plena sanitate donatur. l

ATATOKM

A promisso. Liber ergo a malis, ac membris confortatis, gratus dictam Virginem accessit, votumque præsentibus testibus explevit. Signatum. Chatar.

Domicella nobilis partui proxima, ut partum edere haud valens, liberatur.

6 Aliud miraculum anno 1453, viii Septembris. Nobilis quædam domina dicta Vicona, uxor nobilis Odonis Taillebois districtus Chandiensis (vulgo *Mandement de Chandien* n) diocesis Lugdunensis, a quatuor tantummodo ac dimidio mensibus prægnans, gravissimis concuti cæpit partus doloribus a die Jovis ad usque subsequentem Lunæ diem, Deo igitur Virginique Philippæ sese devovens promisit, si infans prodiret sanus, baptismumque reciperet, se oblaturam eidem Virgini amictum ac candelam longitudini infantis æqualem, curaturamque celebrandum unum sacrum in honorem Dei ac dictæ Virginis, ac insuper oblaturam unum quadrante o singulis annis, donec viveret, adjiciens etiam primum infantem, quem enteretur, Philippæ nomine donandum. Nec frustra; paucis enim elapsis diebus domina hæc filium enixa est, mox a parochiæ rectore baptizatum, ac Philippæ nomine donatum. Mater porro sanitati plene restituta, votum adimpletura Viennam accessit, secumque infantem deportavit, ac annuatim sepulchrum hujus Virginis invisere et promissa offerre ad mortem usque grata perseveravit.

Lac uberibus restituitur.

7 Anni prædicti xxix Novembris die. Joanna uxor Joannis Duell loci de Moisseu p jurisdictionis Belligardiæ q, diocesis Viennensis, lacte uberum suorum in tantum frustrata fuit, ut infanti suo a die Jovis usque ad Martis subsequentem diem nutrimentum subministrare haud valuerit; tum vero Virgini Philippæ se devovens, promisit, in usum lampadis Virginis ejusdem quatuordecim r olei, ac a vino, donec adimpletum fuerit votum, abstinere. Quo facto, et lac recepit, et cum gratiarum actione domum regressa est. Signatum. Vitalis.

Infirmitas sanatur.

8 Anno 1454 ultima Junii fuerunt in sacello Divæ Virginis Antonius Vidalon et Margarita conjux illius parochiæ de Aneisien s prope Annoniacum t diocesis Viennensis, uti et Bartholomæus Pugnet ac Aloysia uxor ejus Annoniacenses, qui vera esse testati sunt sequentia: nempe prædictus Vidalon die Paschatis proxime elapso in Aneisiensi parochiali templo matutinali tempore concussus fuit gravi dolore lateris, uti et capitis ac crurium, in tantum ut post sacram Communionem domum relatus, ac in lectulum reclinatus extremæ Unctionis Sacramento fuerit munitus, ac insequente Veneris die in agoniam delapsus, sensibusque visus et auditus ac membrorum omnium usu ita destitutus fuerit, ut a circumstantibus mortuus judicaretur; quod videns illius uxor, utroque poplite aliquoties flexo, Dei ac Philippæ Virginis opem implorat, maritumque in totali Viennam super ejusdem Virginis sacros cineres portari jubet, toto itineris tempore silentium servans. Quibus completis, duabusque a voto reddito elapsis horis prædictus Antonius sanitati restitutus fuit, viresque suas paulatim recepit. Signatum. Vitalis.

Infans mortuus vitæ restituitur.

9 Anno 1454 die ix Augusti aliud miraculum contigit, prout attestatur Stephanus Berecht parochiæ de Bregnies u diocesis Lugdunensis. Asseruit enim is, Joannem Claudiam Berecht die precedente peperisse infantem mortuum, quem Deo Virgini-que Philippæ devovit, promittens, si infans vitam recuperaret, baptismumque reciperet, se infantem ad sepulchrum ejusdem Virginis delaturam, eidemque cereum oblaturam. Deportatus ergo fuit infans ad sepulchrum, ac perstitit illic a die Jovis usque ad sequentem Dominicam, vitæ æque ac Baptismatis gratiam expectans; tandem hodie infantis lingua,

quæ in ore restricta fuerat, ad labra usque prodiit; movit et infans brachium dextrum ab umbilico ad pectus, velut lac desiderans. Immutabatur faciei color, ac ore sanguinem emittebat, sufficientiaque præbebat vitæ signa: hinc baptizatus fuit, ac postea præsentibus testibus obiit. Signatum. Perreti.

10 Anno 1454 die xiv Septembris. Jaquemundus Quarat parochiæ de Ecloze a diocesis Viennensis testatus est, se una cum sociis hoc anno, cum bellum Delphinum inter et ducem Sabaudia esset y, Rupefortii z in ducatu Sabaudia aa captum fuisse, deductumque ad majorem turrin castri Aigue-Bellette bb una cum Guilielmo Gay de Valeserre cc Antonio Chapuys de Flachetes dd aliisque: hi omnes sese Deo Virgini-que Philippæ devovent, promittentes, si evaderent, carcereque sani exirent et incolumes, se Viennam adituros, ac unius libræ cereum oblaturos, imo se recta via Viennam, antequam ad propria remeassent, accessuros. Quo facto prædictus Jaquemundus ferreum extrahit e fenestra turris longurium, ac carcere nona hujus exit; tum vero sine ulla læsione aut incommodo ejusdem turris portam adit, eamque facillime aperit; itaque prædicti captivi evadunt omnes, ac a turre ad majorem (quam eadem facilitate reserant) arcis portam perveniunt, et nullo ab excubitoribus vigilibus accepto incommodo aut obstaculo, abierunt, statimque Viennam ac Virginis sepulchrum petunt, cui explevis votis, Deoque gratis actis, ad propria præsentibus testibus remearunt. Signatum. Boudet.

11 Aliud miraculum xxviii Novembris 1454 retulit nobilis et potens dominus Leonardus a S. Projecto, baro S. Annemundi in Jaresio ee diocesis Lugdunensis, asserens: præterito mense Augusto nobilem dominam Annam conjugem suam prægnantem gravi fuisse morbo correptam, ita ut motus nullus in venarum pulsu aut aliis corporis partibus sentiretur. Pluribus ea fuit Sanctis devota: ast nullo accepto remedio, imo duabus horis velut mortua extitit, ita ut obstetrix cultellum, uteri rese-candi infantique vitam conservandi gratia, modo teneret: verum soror ejus domina de Alpinato, cum cor illius etiamnum palpitare sensisset, vetuit, ne obstetrix uterum resicaret; dein dicta soror Deo ac Virgini Philippæ in gratiam ejusdem domicellæ ad extrema illa deductæ votum vovit: quo facto, integram subito sanitatem recepit, pauco elapso tempore infantem peperit, qui ob firmam fiduciam de meritis et intercessione Philippæ Virginis Baptismo donatus fuit, ad quam prænominatus dominus, uxor illius cunctique domestici votum reddituri accesserunt, maximas Deo, Divæ Virgini Mariæ ac Virgini Philippæ gratias referentes. Signatum. Jo. Cahnety.

12 Anno 1454 die iiii Januarii ff Joannes du Pra parochiæ de Gusney gg in Foresio hh diocesis Lugdunensis alique præsentibus testati sunt, Laurentiam uxorem Benedicti Martin de Pomiers ii prope Lugdunum peperisse infantem, quem vicini mortuum arbitrati sunt: infantem porro hunc mox Philippæ Virgini eadem Laurentia devovit, qui a prædicto Pra aliisque Viennam delatus, ac super sepulchrum Virginis hujus reclinatus, bis in testimonium vitæ labia movit, ac a præsentibus presbytero cum gratiarum actione fuit baptizatus. Signatum. Cahnety.

13 Anno 1454 die xvi Novembris uxor Antonii Belly dicta Grangel de Macias kk diocesis Viennensis infantem enixa est mortuum, qui ad sacros Philippæ Virginis cineres delatus, mox vitæ signa edidit, ter linguam movens, dextrum oculum aperiens ac halitum ducens; baptizatus itaque fuit a domino

DUCTORE ANONYMO.

D

Aliquot incarcerati liberantur.

z aa
bb cc
dd

E

Mater infirma ac partui proxima sanatur, et feliciter parit.

ee

E

Infans resuscitatur ac baptizatus donatur.

ff
gg
hh
ii

Infans mortuus vitæ restituitur, ac baptizatur.

kk

- A a domino Clemente de Commelle parcho de Revertim *ll* in sacello Sanctæ Dei Genitricis pluribus cum aliis presente : parentes porro infantis obtulerunt sudarium, uti et unam ceræ libram, curaruntque celebrari in eodem sacello duas Missas, ac in signum lætitiæ de peracto miraculo ecclesiæ campanæ fuerunt pulsatæ. Infans paucis a recepto baptismo tempore vivere desiit, ac prope Virginem fuit tumultus. Signatum. Bourdeti.
- Mortua filia resuscitata ac baptisate donata est. *mm*
- 14 Anno 1455 die xxvii Aprilis aliud miraculum contigit in claustrum ecclesiæ S. Mauriti. Georgio Galemiet loci de Bregnes *mm* diocesis Lugdunensis abortu nata est filia mortua : hæc ad sepulchrum Virginis delata vitam recepit, baptizata et Philippa vocata fuit; sale in os immisso sudaverat, brachia extenderat, linguam moverat ac cor illius palpitaverat. Signatum. Bourdeti.
- Infans moribundus vires recipit. *nn*
- 15 Aliud miraculum factum xxv Junii 1455 : Joanna uxor Martini Bonis de Chavanay *nn* diocesis Viennensis infantem moribundum peperit, qui devotus Philippæ Virgini, et a matre ad tumulum ejusdem Virginis delatus vires suas recepit, ac a domino Joanne Fournier presbytero coram testibus fuit baptizatus. Signatum. Bourdeti.
- B Alter mortuus resuscitatur et baptizatur. *oo*
- 16 Die viii Julii anni prædicti Claudia conjux Claudii Grosian parochiæ S. Mauriti de Reymions *oo* diocesis Lugdunensis peperit filium mortuum, qui devotus, ac ad Virginis Philippæ sepulchrum deportatus, remansit ibidem a die Veneris ad usque diei Dominicæ matutinum tempus; tum domicellæ præsentibus senserunt, infantis stomachum moveri, exinde infans vomit ac sanguinem ejicit, admotus deinceps ad ignem suspiravit; baptizatus ergo, ac Joannes vocatus fuit; quo facto vivere præsentibus testibus desiit. Signatum. Bourdeti.
- Filia mortua ad vitam revocatur. *pp*
- 17 Anno 1455 die xx Julii parvula filia quindecim mensium Stephani Planchy et Catharinæ uxoris ejus pagi de Seisseul *pp* prope Viennam postquam multum plorasset, ac omni humano solatio destituta luctasset, in cunis inventa est mortua : vicini enim ploratum audientes domi hærebant; postea vero pater ac mater ex agro a fructibus pertica decutiendis regressi, ac filiolam mortuam invenerunt, in genua sese provolvunt, adjutorium a Domino ac Virgine Philippa efflagitantes; statuunt deinde infantem deferre ad ejusdem Virginis sepulchrum, et statim respirare incipit puella, ad ignem admotæ immutatur color, sanitatemque pristinam recuperat. De quibus gratias Deo, eidemque Virgini coram testibus reddiderunt. Signatum. Vitello.
- C A sensibus obliata filia sanatur. *qq rr*
- 18 Anno 1455 penultima Novembris Antonius des Chevaux et Antonia uxor Guillelmi des Chevaux de Biel *qq* districtus Castri Villanensis *rr* diocesis Viennensis testati sunt, Claudiam filiam mente et sensibus fuisse destitutam, ac membrorum usu privatam ab ineunte Quadragesima usque ad festum S. Juliani *ss* exenunte mense Augusto : verum cum devoto esset, ac deducta ad sacros Philippæ Virginis cineres, cumque huic Virgini oblatus esset sudarium cum cerea imagine, integram recepit filia hæc sanitatem, ac mentis plane effecta est compos. Signatum. Bourdeti.
- Bini pueri periculose infirmi sanitate donantur. *tt*
- 19 Anno 1454 die i Februarii *tt*, Petrus Vallier et Margarita conjux illius, loci de Chamond *uu* prope S. Theudericum *xx* diocesis Viennensis duos habuere infantes gravi pedum morbo, qui Callus dicitur, ita detentos, ut pedibus sese haud possent sustentare, tandem vocis usu ac spe vitæ fere sunt destituti : horum unus dicebatur Quinidius, alter vero Alexius, ad extrema porro hæc deducti pueri a parentibus Deo ac Virgini Philippæ fuere devoti cum promissione eidem Virgini offerendi dimidiæ libræ cereum ac partem quamdam telæ, si placeret Deo infantes vita ac sanitate donare, quod miracu-

lose, illis votum implentibus, gratiasque coram testibus agentibus, effectum est, Signatum. Chatard.

ANNOTATA.

a Haud invenitur (ni forte fuerit in ipsa urbe Viennensi particularis parochia) hic locus in Mappis Geographicis; sed et alia deinceps loca occurrunt, quæ vel in Mappis Geographicis non signantur, vel nomina mutarunt, vel admodum vitiose expressa sunt; de quorum situ, ex adjec-tis passim diocesis, in quibus sita sunt, judicium utcumque ferri poterit [Est vicus dictus St-Blaise-du-Buis, Vienna non multum distans.]

b Huic synonyma in Delphinatu varia sunt loca; ast omnia sine addito Monialium, les Moniales vernacule, nec diocesis, in qua is locus situs est, exprimitur.

c Oppidulum in Foresio sex fere leucis Orientem versus a Pano S. Stephani dissitum prope Rodanum fluvium. Vosgien ad verbum Maleval.

d Cabillonum civitas est episcopalis ad Ararim fluvium. [Châlons-sur-Saône hodie cathedræ Augustodunensi subjacet, Dépt. de Saône-et-Loire.]

e Provincia Gallix satis nota.

f Forte est locus is, qui in Mappis Blaevianis Curbam dicitur, quatuor tamen fere leucis communibus Vapinco distans.

g Civitate in Delphinatu episcopali, ac ejusdem nominis pagi metropoli. [Gap. Dépt. des Hautes-Alpes.]

h Urbs Gallix in Provincia, episcopalis sub archiepiscopo Aquisi, dicta fuit etiam a quibusdam Segusteronum caput, estque etiamnum ampla et probe culta ad Duentiam fluvium, ubi recipit Beuch fluvium in limine Delphinatus, 7 leucis a Vapinco distans in Meridiem. Baudrandus ad verbum Segusteron. [Sisteron, hodie in diocesi Dinensi, Digne Dép. des Basses-Alpes.]

i Notissima item Gallix regione.

k Id est, fere nudum.

l Vicus est Lugduno tribus fere leucis dissitus.

m Vide Annotata ad lit. k.

n Vicus hic in recentiori Delphinatus Tabula a Tillemontio disposita, ac a Joanne Homanno Norimbergæ excussa, Lugduno sex fere leucis distat. [Forsitan Chandieu, vicus tribus et media leucis Vienna distans.]

o Gallice Un liard d'oblation. Quam hæc fuit monetæ species? Eum fuisse e nostratibus quadratibus seu liardis unum, personæ dignitas suspicari prohibet; pluribus de re monetaria agit du Cange; is porro monetæ aureas ad verbum Moneta describens, statulum Caroli VIII xvi Feb. an. 1485 de monetarum pretio emissum exhibet, quod ita habet: Liars et Hardis pour 3 den. piece. De monetis vero argenteis agens, parvos liardos Delphinatus exhibet; ast sub Ludovico XI cunos: si igitur hujus nominis moneta extiterit aurea vel argentea, ex his annuatim nummum unum nobilem hanc dominam obtulisse, verius suspicor.

p Sex leucis in citata proxime Tabula Belligardia Vienna distat, eique vicus Moissieu dictus adjacet.

q Vide Annotata lit. præcedente.

r Mensuræ species est. Adi Glossarium du Cange ad verba Quarteron, Quartron et Quarteron.

s Locus is prope Annoniacum non occurrit in consultiis a me Tabulis. Ni forte is sit qui in tabula Guil. de Isle præfixa Historiæ Delphinatus Latine Andantia dicitur.

t Oppidum Gallix quibusdam etiam Annonæum dictum in provincia Vivariensi superiori ad radices montium et prope Deume amnem, qui duabus leucis

A cis infra in Rodanum se exonerat, septem leucis distat Vienna in meridiem. Baudrandus ad verbum Annoniacum.

u Locum hunc non reperio: eidem occurrunt tamen nomine affinia in Mappis Blavianis loca, ut Bergna duabus fere leucis Lugduno meridiem versus, la Bresle inde fere tribus in occidentem distantia. [Occurrit etiam Brignais, succursalis ecclesia sub parochiali St-Genis-Laval, in districtu Lugdunensi.]

x Verosimilius vicus est, qui in Tabula ad lit. n. cit. Eclauze dicitur, ac Vienna ad orientem novem leucis distat. [Imo Eclouse hodieum scribitur.]

y De bello isthoc vide Raynaldum eminentissimi cardinalis Baronii continuatorem ad annum 1454 § vi, uti et præcipue P. Daniel in Hist. Franciæ ad annum 1455.

z Rupefortium is, puto, locus est, qui in confinis Bressiæ et Sabaudia prope Rodanum situs est, ac Camberiaci Sabaudia metropoli octo fere leucis versus occidentem distat. Camberiaci vicinus est locus Aiguebelette dictus, ac prout in tabulis Blavianis signatur, locus hic in monte situs apparet, in cujus castrum hi captivi conjecti fuisse videntur.

aa Ducatus is apprimè notus est.

bb Vide Annotata ad lit. z.

cc Locus est mihi incognitus. [Ecclesia succursalis sub parochia Pont-de-Beauvoisin, districtus la Tour du Pin.]

dd Ignotus mihi locus iste. [Numquid Flachères, sub parochia Lempis, in eodem districtu Turrensi?]

ee Jaresius ager Le Jarez, tractus Gallia in Lugdunensi provincia inter Pilam montem ad ortum et Ligerim fluvium ad occasum in limine Forensis provinciae superioris infra Fanum S. Stephani, sed ejus veri periere limites. Baudrandus ad verba Jaresius ager. Abeodem porro S. Stephani Fano oppidulum S. Chaumont seu S. Aunemundus dictum meridiem inter et orientem vix ultra leucam recedit.

ff Ordinem chronologicum hic miraculorum collector negligit; debuisset enim, si annus diesque recte notati sint, miraculum hoc exhiberi septimo loco; advertit et id forte is, qui nobis miracula descripsit, cum dies et annus in apographo nostro sublineati sint. Similia et alibi lector observabit.

gg Parochia isthæc Lugduno meridiem versus ad Rodanum fluvium duabus fere leucis distat.

hh Adi Commentarium prævium § i.

C ii In tabula Blaviana exaratur Fornière, ac dimidia Lugduno leuca distat.

kk Haud reperi in Tabulis geographicis locum istum. [Est in hodierna diocesi Lugdunensi ecclesia succursalis Maclas sub parochia Pelussin, in districtu Saint-Étienne.]

ll Neque hunc inveni [Num forte Reventin, hodie succursalis ecclesia sub parochia S. Mauriti, Viennensi olim Cathedrali?]

mm Forte vicus est, qui Brena dicitur in Tabulis, situs in Bressia ad Rodanum, ab oppido Quirio tribus fere leucis distans, aut forte locus unus est ex supra ad lit. n. visis.

nn Oppidulum est duabus fere leucis Vienna et una Condriaco dissitum. In tabula ad lit. s. cit. Cavaneyum dicitur.

oo Varia hoc nomine insignita in Delphinatu sunt loca, sed adjuncto de Reymions carent.

pp Forte locus is in Tabula ad lit. n. citata Sossuet dicitur, ac Vienna duabus fere leucis abest. [Est succursalis ecclesia sub nomine N.-D.-de-Seyssoul sub parochia Saint-André-le-Bas, in districtu Viennensi.]

Tomus VII Octobris, Pars Prior.

qq Locus hic haud exprimitur in tabulis, sed Castrum Villanense vernacule Château-Villain expressum invenio in tabula Tillemontiana jam aliquoties citata, Vienna decem fere leucis distans. Meminit et ejusdem Vosgien ac septem solummodo leucis Vienna distare asserit. [Est fortassis Biol, succursalis ecclesia haud procul a Castro Villanensi, in districtu la Tour du Pin.]

rr Vide Notam præcedentem.

ss Nempe die xxviii Augusti S. Juliano Martyri Brivate in Arvernica sacra: vide Opus nostrum ad dictam diem.

tt Vide notata ad litt. ff.

uu In tabulis ad lit. n. cit. septentrionem versus hic et sequens locus hocce in miraculo expressi, pari fere distantia octo nempe leucis Vienna disiti sunt; posteriorque vulgo S. Chef, vel St. Theudère appellatur.

xx Vide Notam antecedentem.

PARS SECUNDA.

Prodigia alia ope Beatæ Philippæ Virginis patrata.

Anno ac die, quibus supra. a Bartholomæus Christin supra dictæ parochiæ b filium habebat unius anni Jacobum nomine; hic omne alimentum corporale respuebat, ita ut visum modo quadam ex infirmitate perdidisset, verum ut primum ab eodem Christin patre commendatus Deo ac Virgini Philippæ cum promissione visitandi ejusdem sepulchrum fuit devotus, plenam recuperavit infans sanitatem: dein pater filium Viennam detulit, ac eidem Virgini dimidiam libram ceræ, parvamque telam presentibus testibus cum gratiarum actione obtulit. Signatum. Chatardi.

21 Anno 1455 die xxvi Novembris. Quidam dictus Peronon parochiæ de Edoche c diocesis Viennensis retulit, elapso proxime Sancto Joanni Baptistæ sacro die filiam suam Peronettam de nocte peperisse infantem mortuum, anticipato permensem partu, quod intuens idem Peronon, vovit Deo, gloriosæ Virgini Mariæ ac Virgini Philippæ, se, si infans reviviscat ac baptismo donetur, visitaturum ejusdem virginis sepulchrum, eique oblaturum unius libræ cereum, ac medium argenti grossum d: extemplo infans signa vitæ edit ac plorat; baptizatus ergo decimaquinta die animam Deo reddit. Voto deinde coram testibus predictus Peronon satisfecit. Signatum. Chatardi.

22 Anno 1456 die xxviii Maji. Joanna Ougamart uxor Antonii Michel parochiæ de Rines e diocesis Gratianopolitanae narravit, sese a duobus fere annis enixam fuisse infantem mortuum; verum domicella Florena de Bessesel ejusdem loci devovit infantem hunc Virgini Philippæ, cum promissione offerendi Viennæ candelam parisi cum infante ponderis. Quo facto, parochus infantem, quem respirantem spiritumque trahentem intuebatur, baptizavit. Votum dein fuit redditum ac adimpletum. Signatum Perretti.

23 Anno 1456 xxix Maji. Claudius Jognan et Catharina conjux illius parochiæ castri de Bressien f diocesis Viennensis testati sunt, eandem Catharinam ineunte Quadragesima gravioribus partus doloribus die integro laborasse; verum, cum uterque ad Deum ac Virginem Philippam confugisset, promississetque offerre ceræ libram, si infans vitam baptismumque reciperet, statim infans in lucem editus, ac festo Hilarii die fuit baptizatus. Votum dein ad sepulchrum Virginis fuit adimpletum. Signatum. Bourdeti.

20

24 Anno

AUCTORE ANONYMO.

D

E

I firmus intercessionem B. Philippe sanatur.

a

b

Mortua proles vita restituitur, ac baptizatur.

c

d

F

Infans mortuus ad vitam revocatur ac baptizatur.

e

Mulier in partu laborans liberatur.

f

ACTORRE
ANOTHO.

A
Periclitans in
partu subsidium
expetit.

g
an diebus?

h

E partu periculose
laborans libera-
tur.

i

Marius, qui
uxorem deseru-
erat, eidem
reddidit, horum
filios
marius ad
vitam revoca-
tur.

Mutus loquela
donatur.

k

Infirmus sa-
natur.

l

Proles mortua
vix restitui-
tur.

m

24 Anno 1456 penultima Maji. Joannes Seguiet de Tupen *g* prope Viennam testatus est, Andream uxorem suam tribus mensibus * partus dolores per- tulisse, verumtamen parere haud potuisse; quod plures domicellæ videntes, eandem S. Philippæ Viennensi devoverunt promittentes, si divino bene- placito infans salvus pareretur, ac baptizaretur, ceram infantis gravitati æqualem. Tum prædicta mulier infantem enixa est sanum, qui baptizatus in loco Moncelles *h* dicto, ac Antonius vocatus, sanus agere perseveravit. Votum exinde fuit adimpletum. Signatum. Bourdeti.

25 Anno 1456 die prædicto, Antonius Savojar de Movelles *i* testatus est, uxorem suam dictam Jaquemeta duobus diebus ac tribus noctibus parturientis doloribus abhinc annis duobus et dimidio fuisse detentam. Prædicta porro mulier se Virgini Philippæ devovit, ac una hora post filium peperit, qui in parochiali templo baptizatus, ac Joannes dictus, duobus mensibus in vivis egit. Parentes illius votum dictæ Virgini reddiderunt, offerentes ceræ libram ac infantis sudarium. Signatum. Bourdeti.

26 Anno 1456 die iv Aprilis. Gouvetus Recamier dictus Papon asseruit, filium suum Claudium ma- trimonio junctum jam a duodecim annis suam deseruisse uxorem, ac regionem pervagatum esse; verum vovit is Deo ac Virgini Philippæ unius libræ cereum, si favente Deo filius in bona sanitate ac prospere revertatur; hinc filius Claudius intra an- num regressus, ac bona in pace uxori est redditus. Deinde eadem uxor filium peperit mortuum, qui ex devotione supra Virginis Philippæ sepulchrum re- positus, ter respiravit ac baptismum recepit. Qua- propter parentes Viennam, ut eidem Virgini gratias agerent, unum sacrum celebrari curarent, ac supra promissum cereum offerrent, adierunt. Signatum. Bourdeti.

27 Anno 1456 die xvii Junii. Joannes Girond parochiæ Monasterii Bessese *k* diocesis Viennensis asseruit, sexennem suum filium Claudium dictum ex gravi infirmitate loquela fuisse destitutum; hinc Virgini Philippæ devotus fuit, ac sanitatem recupe- ravit; pater porro una cum filio, ut offerret Virgini Philippæ e tela factum sudarium, curaretque in gra- tiarum actionem presentibus testibus unum cele- brari sacrum, Viennam accessit. Signatum. Chatardi.

28 Anno 1456 die xviii Junii. Benedictus Chave de Chatenay *l* diocesis Viennensis testatus est, sese a quinque circiter septimanis gravi fuisse pol- licis dextri dolore detentum, qui dolor ei, cum domum quamdam destrueret, obvenerat: interea malum indies augebatur, in tantum ut humerum dextrum ac exinde latus affecerit, ita ut homo miser sibi victum parare, aut manu brachiove sibi pro- desse haud valeret: verum, cum se Deo Virgini- que Philippæ devovisset commendassetque, subsequente Martis die commode Virginis ejusdem imaginem ceream unius libræ, ac fusum filorum a sorore sua virgine contextorum oblaturus, accedit sepulchrum, curatque integra sanitate donatus celebrari unum sacrum. Signatum. Perreti.

29 Die Sabbati xvii Julii anni prædicti Joannes de Baulme loci S. Theoderici *m* diocesis Viennensis asseruit, Joannam conjugem suam die Martis præ- cedente peperisse filiam mortuam, quam prædictus Baulme extemplo Deo Virgini- que Philippæ devovit, cum promissione Viennam accedendi, offerendique unius ac dimidiæ libræ cereum, si placeret Deo vitam baptismumque infanti suæ indulgere; una igitur hora post infans vigorem recepit ac vires, motum edens a brachiis ad crura usque, os ocu- losque aperiens ac plorans: baptizata igitur fuit a

Petro du Bois ibidem præsentem; tum pater pedibus *D* ac corpore nudus *n* oblationem suam eidem Virgini cum gratiarum actione redditurus, Viennam acces- sit. Signatum. Bourdeti.

30 Secunda Augusti anni superioris frater Gau- fredus Giri prior religiosus S. Georgii d'Oste *o* sub religionis votis testatus est, civitate hac a Delphini militibus capta *p* ignem domuum partem absum- psisse: verum circa mediam noctem campanarum strepitu oppidanis, ut succurrerent, excitatis, ejus- dem loci parochus, uti et prædictus prior Virgini Philippæ Viennensi voverunt, se ipsius invisuros sepulchrum, et duos oblaturos argenti grossos *q*. Extemplo ventis, qui ignem stimulabat, cessavit, nec ultra flamma progressa est, ac nobilis viri dicti Jacobi de Fontaine vicinum horreum reliquit in- tactum. Prænominati ergo (non obstantibus iis, quæ a militibus imminabant, periculis) Viennam sese conferunt, votum eidem Virgini cum gratiarum actione persolunt. Signatum. Bourdeti.

31 Anno 1456 penultima Octobris venerabilis *Infirmus sa- natur.* religiosus F. Arnouldus du Puis eques, magnus Al- verniæ *r* Ordinis S. Joannis Hierosolymitani prior sub religionis votis testatus est, se spatio 32 an- norum totius corporis infirmitate, dicta de Diertes *E* s fuisse detentum; e maculis porro rubris, quibus maxime afflictabatur, infirmitas ea prodibat: re- mediis ergo corporalibus in vanum applicatis de- vovit se Virgini Mariæ ac Virgini Philippæ, pro- mittens, si a morbo suo liberaretur, Viennam se accessurum, eidemque Virgini cereum 25 librarum se oblaturum. Heri ergo flexo in vespem die una cum cereo, ac eodem modo se habens præno- minatus prior ante portam ecclesiæ S. Mauriti ad palatii archiepiscopalis latus pervenit; at portam oclusam cernens, manuque candelam tenens, utrumque flectit poplitem, ac a Deo, Virgine Maria Sanctaque Philippa efflagit adjutorium. Extemplo se cernit a malo liberum, nec in facie aut alia cor- poris parte ullum signum vestigiumve ruboris ap- parebat; reclusa igitur porta Divæ Virginis saccel- lum ingressus, ac ad sepulchrum Virginis Philippæ prostratus, pro recuperata sanitate reddidit gratias. Signatum. Bourdeti.

32 Anno prædicto xvii Decembris Petrus Regis *Phreneticus sanitati resti- tuitur.* pistrinarius loci S. Eustachii *t* diocesis Viennensis asseruit, filium suum Vitalem Regis die Lunæ Na- talitium Domini præcedente bina jumenta frumento onusta deduxisse in Moras *u* Vallis aureæ *u* oppid- um: est toto itineris tempore ita exagitatus, ac gravioribus pluviis obrutus fuit, ut redux morbo ac febre phrenetica fuerit oppressus; hinc vehe- mentes edebat clamores et ululatus, ac contra uxorem dicebat convicia: quæ Petrus pater uti et mater cernentes, simul eundem Deo commenda- verunt, ac Virgini Philippæ devoverunt; et mox phrenesis cessavit, fuitque prædictus Vitalis plane liber ac a malo sanatus: hinc Viennam *u* ii acces- runt, ac vota sua eidem Virgini persolverunt, facem ceream et tres grossos argenteos *y* Deo eidemque Virgini cum gratiarum actione afferentes. Signatum. Bourdeti.

33 Anno 1457 die xi Januarii aliud miraculum contigit Stephanæ uxori Francisci Bourgrand pa- rochiæ de Renel *z* diocesis Viennensis: hac a sex mensibus febre detenta, et lecto ita affixa fuit, ut nec levare se, nec pedibus sustentare valeret; se ipsam hinc Virgini Philippæ devovit, promittens, si sanaretur, ter trium annorum spatio sese sepul- chrum ejusdem Virginis invisuram, ac imaginem ceream tribus grossis *aa* valentem oblaturam, qua Deo eidemque Virgini promissione facta, extemplo *aa* morbo

ANNOTATA.

AUCTORE
ANONYMO.

A a morbo liberata fuit, ac votum gratiasque eidem Virgini redditura accessit. Signatum. Bourdeti.

Infirmus sa-
natu.

bb

34 Aliud miraculum i Februarii anno 1457 contigit Antonio Topin parochiæ Quirievensis *bb* diocesis Lugdunensis: hic a tribus mensibus gravi morbo detentus, ac in lectulo suo gemens, nec loqui nec surgere valebat: hinc conjux illius eundem Virgini Philippæ devovet, ac promittit, si sanetur, eum ipsum visitaturum ejusdem Virginis sepulchrum, ac eidem oblatum unum toral, uti et sudarium. Derepente ergo sese sanatum sentiens de lecto surgis, vota ac gratiarum actiones redditurus ac ea, quæ supra, oblaturus venit, una cum duobus grossis monetæ Papalis *cc*. Signatum. Bourdeti.

cc
Infirmus sani-
tati restitui-
tur.

dd

35 Aliud miraculum ii Februarii anni prædicti accidit Claudio Francisci Albi filio loci S. Laurentii Champ-Mosset *dd* diocesis Lugdunensis: hic anno ætatis suæ quinto in partibus nobilibus hernia, descendentibus illius ad media usque femora, afflictatus fuit, partes porro prædictæ apparebant quandoque rubræ, quandoque vero nigræ, erantque gravium dolorum clamorumque causa, in tantum ut nec bibere, nec comedere, nec quiescere posset: tandem eum pater Virgini Philippæ devovet, ac, si sanaretur, promisit, sese filium suum pietatis ergo Viennam deducturum. Extemplo infans ab infirmitate et ilium relaxatione fuit sanatus, ac una cum patre medico post tempore Deo ac Virgini Philippæ gratias acturus ac offerenda oblaturus accessit. Signatum. Cahneti.

B

Infans mortu-
us vita ac
Baptismate
donatur.
ee
ff

36 Aliud miraculum anno 1457 xix Aprilis. Catharina uxor Antonii Charle loci de Renage *ee* districtus de Branc-Rossant *ff*, diocesis Gratianopolitane mortuum infantem abortu edidit: hic, cum a parentibus Virgini Philippæ esset devotus, cum promissione offerendi, si vitam sacrumque Baptisma reciperet, ceram parisi cum infante gravitatis, repente oculos aperit, movet manus, ac facies rubicundo colore donatur: baptizatus ergo, et Claudius vocatus est, ac demum exspiravit. Pater vero Viennam gratias acturus Deo ac Virgini Philippæ accessit, eidemque Virgini novem librarum cereum obtulit. Signatum. Bourdeti.

E partu diffi-
cili in vitæ
discrimen ad-
ducta libera-
tur.

C

37 Aliud miraculum anno 1457 die xxiv Aprilis relatum a domicella Maria nobilis viri Philippi Jo- bert alias de Vernac conjuge: hæc cum in puerperio esset, infans primo pedibus prodiit, reliquum autem corporis ita utero inclusum hæsit, ut prodire neutiquam posset. Tum eadem domicella preces suas Deo Virgini Philippæ obtulit, ita ut, si salva partum ederet, baptizareturque proles, ipsamet veniret, aut mitteret, qui Viennæ caput cereum eidem offerret Virgini. Continuo infans integre prodiit, ac sanguinem ob dolores oculis emittit, fuitque baptizatus. Exinde eadem domicella suum secum infantem deferens, aliisque stipata domicellis Viennam accessit, ut devotioni sana valensque satisfaceret. Signatum. Bourdeti.

Mortui promi-
sus sanita-
tem recuperat.
gg

38 Anno ac die prædictis Joannes Chanonier dictus Bachas Annoniacensis *gg* diocesis Viennensis asseruit, filium suum Joannem oppressum fuisse quodam morbo, ita ut ore ejiceret vermes longitudine fuso æquales, patremque, ut præ ægritudine ad lectum deferretur, rogaret; quo facto, moribundi instar singultus emittere cepit: tum commiserescens genitor, filium suum Deo ac Virgini Philippæ devovit, promisitque Viennam se aditum ac unius libræ cereum oblatum. Duabus porro elapsis horis infans sanitatem recuperavit, vermes ejicere desiit, ac comedere cum appetentia cepit: quæ vero fuere promissa, ab eisdem et fuere persoluta. Signatum. Bourdeti.

a Haud distinguuntur per partes miracula in apographo nostro, sed ordine sibi invicem omnia succedunt; ipse vero more nostro in partes eadem divisi. Contigit miraculum hoc anno 1454 i Februarii die.

b Redi ad Annotata parte præcedente ad litt. uu.

c Vicus decem fere leucis Vienna dissitus.

d Varios Grossorum species in suo tractatu de Re monetaria exhibet le Blanc, uti et du Cange ad verbum Moneta; cujus vero speciei is, de quo hic agitur, ac ii, de quibus infra agitur, fuerint, non habeo, unde definite pronunciem.

e Vicum Rivel sex fere leucis in orientem Gratianopoli distantem verosimilius miraculorum collector hic indicare voluit.

f Media fere via Viennam inter et Gratianopolim locus is situs est, ac in Tabula ad lit. s parte præced. cit. Bressiacum dicitur.

g Ita exaratum locum hunc non inveni.

h Locus is, ita expressus, non occurrit, sed alter ei affinis nomine Modieu dictus, ac tribus leucis Vienna dissitus.

i Ita expressum nomen id non inveni.

k Eo modo exaratum non invenio.

l Septem leucis Vienna meridiem versus distat.

m Adi Annotata parte præced ad litt. uu.

n Id est fere nudus.

o In apographo nostro exaratum est S. Goris d'Osta; ast attentis iis, quæ de Delphini militibus miraculorum collector asserit, scribendum arbitror d'Aste, quæ urbs est in ducatu Montisferrati latine Aste dicta; ad eam enim usque, teste P. Daniel ad annum 1455, Delphini milites pervenerant. Cæterum haud modice in hujus miraculi descriptione inter se biographus ac miraculorum Collector discrepant, ut Comment. præv. num. 67 est videre.

p Adi P. Daniel loco ad lit. o modo citato.

q Vide Annotata hac parte ad lit. d. Tres solidos cum triente seu denarios quadraginta habet biographus.

r Provincia Franciæ ampla et nota. [Magnus tamen prioratus Alvernæ latius patebat, utpote qui in utramque Burgundiam, Sabaudiam, Piclavienses, etc. excurreret.]

s Dartres vernacule, latine Impetigo dicitur: quadruplex morbi hujus apud medicos species est, de secunda autem (cæteras apud ipsum vide) sequentia le Mascrier in Tabula infirmitatum gallice habet: In secunda, nempe impetiginis specie, quæ pejor priore est, pellis rudis ac rubra magis est, ac pustulis elevatioribus operata est. Hæc impetiginis species, quam Dartres dicimus, græcis Lichen vocatur. Hocce in morbo corrosio vehementior est, et cutis scabra ab it in squamas, malum proserpit, partesque vicinas occupat, disparet, et iterato certis temporibus communiter prodiit.

t Locum hunc non reperi.

u Oppidulum Vienna septem circiter leucis dissitum.

x Vallis in Delphinatu. Latinis Vallis aurea ob eximiam illius fertilitatem, extendit se ab oriente in occidentem ad Rodani latus, quantior infra Viennam leucis. Corneille ad verbum Valoire.

y Redi ad Annotata supra lit. d.

z Verosimilius locus is, qui in tabula Tillemon-tiana Revel dicitur, ac quatuor leucis Vienna distat.

aa Vide Annotata supra lit. d.

bb Oppidum est in Delphinatu, Lugduno septem leucis dissitum.

cc Cujus illi valoris sint, assequi haud potui.

dd Locus hic in Tabulis Blaevianis S. Laurent de Chamoleit dicitur, ac Lugduno Orientem versus quinque

AUCTOR
ANONYM.

*quinque fere leucis distat. [Rectius miraculorum
Collector : est enim S. Laurent de Chamousset pa-
rochia in districtu Lugdunensi.]*

*ee Nomina verosimiliter utriusque loci hocce in
miraculo expressi immutata sunt; neutrum enim
ita expressum reperire valui: videntur quidem in
Tabula Tillemontiana prior Uriage, posterior
Bourg d'Oisans dici: in Tabulis vero Blaevis
dicuntur Uriage et Bourg d'Oysau.*

ff Vide Notam præcedentem.

gg Redi ad Annotata parte præcedente lit. t.

PARS TERTIA.

Beneficia alia B. Philippæ precibus
præstita.

*Carceri inclu-
su sope B. Phi-
lippæ libertati
restituatur.*

Anno ac die quibus supra quidam dictus Joannes
Benedictus Annoniacensis a obscuro carceri ibi-
dem fuit inclusus ob suspicionem, quam ministri
justitiæ conceperant, eundem flumen loci illius
veneno infecisse; quod falsum esse, Joannes Bene-
dictus assererat: quo non obstante, ut factum fate-
retur, bis pœnis tortus fuit; verum perseverabat
factum negare, seque innocentem dicere: contigit
interea, ut eundem conjux Benedicta Virgini Phil-
ippæ devoveret, promitteretque Viennam se accessu-
ram ac unius quatuordecim cereum oblaturam, si e loco
evadere, pœnasque salvas declinare posset; quod et
factum est: innocens enim declaratus, ac a mini-
stris, quadam interveniente pecuniæ summa, dimis-
sus est; exinde ipse et uxor illius votum eidem Vir-
gini reddiderunt. Signatum. Bourdeti.

*Mulier, mor-
tuos infantes
parere assue-
ta, vivum eni-
tior.*

40 Anni prædicti die penultima Aprilis domicella
Margarita uxor nobilis domini Antonii de Fogieres
e loci ejusdem, ac Castri Dei d' toparchæ, diocesis
Lugdunensis asseruit, se jam quines partum edi-
disse mortuum; sed cum videret iterato se gravidam,
fœtum hunc Deo, gloriæ Virgini Mariæ ac Virgini
Philippæ devovit, ea lege ut, si salvus pareretur,
vivereque in eorum solamen perseveraret, deferret
ipsa infantem Viennam ad ejusdem Virginis sepul-
chrum, offerretque in gratiarum actionem cereum:
paucis porro post tempore domicella hæc filium
enixa est; qui et Baptismate donatus fuit; cumque
post sex septimanas mater eidem Virgini in gratia-
rum actionem cereum obtulisset, paracto Sacrosan-
cto Missæ sacrificio, læta ac sana ad propria est re-
gressa. Signatum. Bourdeti.

*Varia morbis
detenta sani-
tati restitui-
tur.*

41 Anno 1457 die v Maji domicella Antonia de la
Foniere conjux nobilis domini Francisci de Van-
gence domini de Souvignan e in Sabaudia prope
Burgum in Bressia testata est, sese a duobus annis
circa festum S. Michaelis gravi pedum dolore, qui
ad femora usque pertingebat, fuisse detentam, ita
ut se sustentare non valeret, insuper chiragra adeo
laborabat, ut digitos incurvatos haberet, neque eos
extendere posset, imo tanto capitis totiusque corporis
dolore pemebatur, ut nec quiescere, nec adversus
mala hæc ullum potuerit humanum invenire reme-
dium: statuit ergo tandem subsidium petere a
S. Joanne Baptista g, S. Romano h ac Virgine Phi-
lippa, promissitque, si sanaretur, se visitaturam sin-
gulorum templi; sanatur igitur, visitatque in patria
S. Joannis Baptistæ ac S. Romani loca, ast Virginem
Philippam accedere negligit: quapropter priorem
relabitur in infirmitatem, ac perseverante ea sum-
mopere dolebat; iter igitur Viennam versus, quan-
tumvis infirma, aggreditur; ast in viâ meritis et
intercessione Virginis Philippæ sanatur: Viennam

porro adveniens, ejusdem Virginis sepulchrum vi-
sitavit, ac tres florenos in gratiarum actionem obtu-
lit. Signatum. Bourdeti.

42 Anni prædicti xxi Maji Godo Piney, et Gui-
lielmus Masson oppidi S. Annemundi i diocesis
Lugdunensis asseruerunt, Godonis conjugem præ-
terito Paschate partui proximam gravi fuisse morbo
oppressam, adeo ut per biduum sensibus plane des-
titueretur, ac postea partu haud emissio moreretur;
quod intuentes prædicti, infantem Deo ac Virgini
Philippæ, ut vitam Baptismumque reciperet, devo-
verunt: statim ergo iidem uterum defunctæ matris
reserant, infantemque vivum reperiunt, qui sacro
Baptismate percepto post horas duas animam Deo
reddidit: quo facto Viennam Deo ac Virgini Philippæ
acturi gratias advenerunt, offerentes unius ac dimi-
diæ libræ imaginem ceream, aliasque minores can-
delas. Signatum. Bourdeti.

*Mortuus ma-
tris fœtus præ-
servatur.*

43 Anno ut supra die S. Joanni Baptistæ sacro
Petrus Boudilon et Joanna uxor ejus, Joannes
Faiard Monasterioliensis k et Gabriela conjux illius
diocesis Podiensis asseruerunt prædictum Joannem
Faiard mense Majo tali fuisse sex septemve diebus
faucium dolore detentum, ut nec bibere nec com-
edere, imo nec loqui valeret: nescius ergo quæ porro
remedia adhiberet, interne sese Deo, Sanctis omni-
bus, præsertim tamen Viennensi Virgini Philippæ
commendavit, animo vovens, si sanaretur, iter
Viennam versus se ingressurum, ut Deo eidemque
Virgini, venerabundus illius Reliquias visitans, gra-
tias redderet. Hisce ergo interne deliberatis ac pro-
missis, extemplo e lecto surgit infirmus, ac loqui
incipit his verbis: « Virgo me tibi dono. » In festo
porro S. Crucis Majo mense ab infirmitate sua sa-
nus, ac a malo extitit liber, hodieque Viennam, gra-
tias acturus Deo Sanctæque Virgini, cum prædictis
accessit. Signatum. Chomardi.

*Infirmitas sa-
nitati reddi-
tur.*

44 Anno 1558 (lege 1458) die xx Martii Gerardus
Villery de Charpen l et Claudius Tasnas de Alexian
n diocesis Valentiniensis retulerunt, conjugem
Claudii a tribus diebus filiam peperisse mortuam.
Quapropter parentes afflicti eandem Deo ac Vir-
gini Philippæ devoverunt, sique vitam reciperet,
ac sacro regeneraretur Baptismate, vota sua eidem
Virgini redderent, infantemque supra sepulchrum
deferrent, offerentes in gratiarum actionem qua-
tuor ceræ libras. Iter ergo ingrediuntur, et vota
complant, ac filia super sepulchrum ejusdem Vir-
ginis reclinata, oculum aperit ac caput movet,
statimque baptizatur. Gratiarum igitur actione ac
promissorum oblatione factis, prædicti gaudentes ad
propria sunt regressi. Signatum. Bourdeti.

*Filiola mor-
tua cito ac
Baptismo do-
natur.*

45 Anno supradicto 1458 die xiv Aprilis Bertran-
dus Dansou domicellæ Susannæ de Cardarousse
famulus testatus est ejusdem domicellæ sexdecim
octodecimve annorum * filiam ex pluribus in ore
ulceribus ita fuisse ægotam, ut jam a triduo nec lac
nec quodvis aliud nutrimentum sumere valuerit:
parentes ergo una cum loci pastore filiam hanc
Virgini Philippæ devoverunt, promittuntque, si sa-
naretur, binas ceræ libras Viennam mittendas et
offerendas; extemplo filia hæc lac sugit, vires ac
plenam perfectamque sanitatem recipit. Votum ab
homine ad id speciatim delegato debite fuit perso-
lutum, ac gratiæ eidem Virgini fuere redditæ.
Signatum. Bourdeti.

*Infirma sana-
tur.*

46 Anno 1458 die xix Aprilis dominus Petrus
Plaissant regius medicus ac Joanna conjux, filia
domini Stephani Brinet de Villefranche n, modo loci
S. Boniti o incolæ, asseruerunt eandem Joannam;
languore ac gravi morbo ex prægnationis formidine
contracto, fuisse detentam, ac septem hebdoma-
dibus

*Infirma sani-
tatem recepti-
rat.*

A dibus omni nutrimento (modico juscule ac aqua seclusis) vixisse rejecto; graviter igitur exinde debilitata, sese Deo ac Virgini Philippæ, ut sanaretur, ac infantem, qui sacro Baptismatis fonte tingeretur, posset eniti, devovit, quod et divina favente gratia, contigit: mater enim sanitati fuit restituta, ac infans Baptismate donatus diu superstes fuit: voto hinc hodie mater satisfecit, obtulitque binas ceræ libras, ac unum celebrari curavit sacrum. Signatum. Averti.

Mulier amens
se sui corporis
p

47 Anno 1458 xxvii Maji Claudius Baulme de Mommet p diocesis Valentiniensis testatus est, conjugem suam Margaritam proxime præterito Pentecostes die magna fuisse molestia obrutam ob liberorum multitudinem (quibus alendis res familiaris erat angustior) ac matris vetulæ convictu difficillimæ morositatem: augebatur porro in tantum molestia hæc, ut a rationis usu abalienata per fenestras sese misella præcipitare tentaret, ac nuda per plateas discurrere. Devovetur a marito Philippæ virginii, et extemplo mulier sensibus restituitur et sanitati: maritus hinc Viennam accessit et novem ceræ libras in gratiarum actionem obtulit. Signatum. Bourdeti.

Morti proxi-
ma sanitate
donatur.
r q

B 48 Anno prædicto ix Augusti Petrus Arnould, dictus Charay parochiæ de Calumbiere q districtus de Anthon r diocesis Lugdunensis asseruit, filiam suam, arbore casu in caput ejus decidente, morti fuisse proximam, ita ut tribus quatuorve diebus mortuæ quam vivæ fuerit similior, ac ea, quæ ad sepulturam spectant, cepta modo essent præparari: verum pater, alique, qui de cognatis aderant, eam Philippæ virginii devovent, promittuntque, si sanitati restituatur filia, Deo eidemque Virgini ex devotione trium librarum cereum, ejusdem filiæ sudarium, ac insuper omnibus diebus Veneris ac Mercurii, donec votum plene fuerit persolutum, jejunium; quo facto, filia sanatur, et votum solemniter redditur. Signatum. Bourdeti.

Defuncta pro-
les resuscita-
tur, ac bap-
tizatur.
s

49 Anno 1459 die ix Maji Joanni Fournier dicto Jaquemet loci S. Martini de Plaigne s diocesis Lugdunensis abortu nata est filia mortua, quæ Virgini Philippæ devota, ejusque sepulchro superposita vitam recepit, et a paracho S. Ferreoli baptizata, post quinque horas vivere desiit.

Filiolus mor-
tuis reviviscit
et baptizatur.
t

50 Anno 1458 die xix Aprilis Joanna filia Jacobi Alouëtte parochiæ de Soleise t Lugdunensis diocesis abortivum enixa est filium, qui Philippæ Virgini devotus, ac sepulchro ejusdem superpositus, meritis et intercessionibus illius finito Sacro vita ac Baptismate donatus fuit. In gratiarum actionem paris ac puer ponderis fuit oblatus cereus. Signatum. Bourdeti cum bono testimonio.

Infans mor-
tuis vitam re-
cipit et Ba-
ptismum.
u

51 Anno prædicto xii Maji nobilis Joannes du Puis patria Borbonius, loci de Naucosset u asseruit, Margaritam conjugem suam peperisse infantem mortuum, quem devoverunt Philippæ Virgini, ac ad parochialis templi altare detulerunt, cumque plura vitæ signa dedisset, a deserviente illic presbytero baptizatus ac a paracho Sacro Oleo x inunctus fuit, quo peracto obiit. Parentes deinde vota sua Philippæ Virgini reddiderunt. Signatum. Bourdeti.

A dæmone ob-
sessus, ac mi-
serere vocatus
liberatur.
y

52 Anno 1465 die xxvii Aprilis Matthæus Baret loci S. Petri de Beufs y diocesis Viennensis ratione litis, a tribus in festo S. Antonii annis ab alio contra se motæ, gravi tristitia tenebatur; cumque nocte quadam graviter hinc affligeretur, vocem sibi dicentem audivit: "Patientiam habere, et adversarios tuos vinces." Somno ergo emersus, lumen clarissimum in cubiculo intuetur, quod extemplo evanuit. Visionem porro hanc meditans, ac

media, quibus adversarios vinceret, indagans, iterato indormit, ac post pusillum malignus apparet spiritus, qui et miserum invadit; e lecto ergo sese proripiens, ac furis agitatus, sese terræ allisit, clamores ululatusque tales emittens, ut domestici æque ac vicini ad miseri hominis spectaculum accurrerent, eundemque de terra elevantes, in lectulum reclinarent: verum inibi eundem detinere (furiose namque a dæmone exagitabatur) haud valentes, eundem integri mensis tempore vinculis ligare, necesse habuere: tandem conjux misellique filia eundem Deo, Sanctæ Philippæ ac Sanctæ Cruci in loci templo cultæ devovent, promittuntque, eundem sanitati restitutum illuc se deducturas, ac dimidiæ libræ cereum, similemque in honorem Sanctæ Crucis oblaturas, si favente Deo his malis eximeretur. Extemplo miser hic suaviter indormit, sanitati restituitur, a maligno spiritu liberatur, ac promissa adimplentur. Signatum. Molletti.

AUCTORE
ANONYMO.
D

53 Aliud miraculum anno 1465 die xxvii Julii ab Hugone Billiot parochiæ de Cuyzet prope insulam Carbo z Lugdunensis diocesis relatum fuit: asserbat namque is conjugem suam Antoniam abortu infantem perperisse masculum, cui eadem Antonia condolens, illum devovet Viennensi Virgini Philippæ, promittitque, si vitam Baptismumque recipiat, se oblaturam cereum paris cum puero (octo autem libras puer æquabat) ponderis. Iter ergo Viennam versus, bono stipati sodalio, ac infantem secum deferentes, exordiantur, ac Lugdunum omnes perveniunt, dumque in templo Fratrum Minorum moras trahunt, infans spiritu vitæ donatur, ac a Fratре Priore de Tuyssia ejusdem Ordinis religioso baptizatur; duabus porro horis præteritis vivere infans desiit, ac eodem in templo, trecentis et ultra personis miraculo præsentibus, sepelitur, cognati dein iter suum Viennam usque prosequuntur, gratias Deo Virgini Philippæ referunt, cereum offerunt, ac in pace ad propria regrediuntur. Signatum. Molletti.

Infans mor-
tuis, cum ad
Virginis se-
pulchrum de-
fertur, Lug-
duni vitam ac
Baptismum
recipit, obiit,
ac sepelitur,
z

54 Aliud miraculum anno 1465 die xxvii Septembris a Benedicto Domenge domini Guilielmi Camyon Valentis aa membranarum politoris famulo assertum: aiebat namque is heræ suæ filium ubera sugere haud valentem, mortique proximum Virgini Philippæ fuisse devotum; quo facto reviviscere, et nutritis ubera sugere incipit; parentes igitur in honorem Virginis Sacrum Viennæ celebrari curant, ac cereum sex argenti grossis valentem offerunt. Signatum. Molletti.

Morti proxi-
mus sanatur.
aa

55 Anno 1480 die xxiii Junii Antonius Bonpar Podiensis bb laterum dolore ita triennio detentus fuit, ut ab hominibus subsidium ultra haud speraret, quod conjux illius Coleta animadvertens, maritum suum Virgini Philippæ devovet, ac, si sanatur, promittit, se uti et maritum Viennam accessuros, ut vota sua reddant, Sacrum unum celebrari curent, ac quinquaginta ceræ libras eidem Virgini offerant: protinus a malis infirmus liberatur, ac sanitati plene restituitur. Viennam ergo cum conjuge sua, ac vicinis quibusdam properat, ut vota reddat, ac Deo eidemque Virgini gratias agat. Signatum. Bourdeti.

Infirmus et
laterum dolo-
re oppressus
sanitati red-
ditur.
bb

56 Anno ac die prædictis Joannes Michelat Podiensis cc, qui comitem sese modo dicto Antonio Viennam versus præbuerat, eodem plane laterum dolore oppressus fuit; ast Viennam regressus, ac ad Virginis Philippæ sepulchrum prostratus, devotionis ac fidei virtute sanatus, et dolore exemptus fuit, obtulitque in gratiarum actionem ea, quæ rei familiaris angustia indulgebat. Signatum. Bourdeti.

Eodem morbo
laborans sa-
natur.
cc

57 Anno 1472 die xiv Aprilis Guilielmus Sollessart

AUCTORE
ANONYMO.
Cecus Virgi-
nis sepul-
chrum visi-
tans illumina-
tur.

dd

lessart Montis-Ferrandensis *dd* in Alvernia quin-
quaginta annis natus, pluribus jam annis oculo-
rum lumine ita fuit destitutus, ut nec colores, nec
litteras videre, nec ullum de facie posset cogno-
scere : audita porro Viennensis Virginis Philippæ
virtutum miraculorumque celebritate, divina fretus
misericordia, Viennam versus iter haud sine comite
instituit : precibus igitur, ad ejusdem Virginis sepul-
chrum procumbens, intentus visum integre recupe-
rat, ac de percepto beneficio Deo, gloriosæ Virgini
Philippæ gratias reddit, et cum gaudio ad propria
regreditur. Signatum. Bourdetti.

ANNOTATA.

- a Vide notata parte prima ad lit. t.
b Redi ad Annotata part. i lit. r.
c Locum hunc ita expressum non inveni, ni is
sit forte, qui in Tabulis Blaevianis Ponge dicitur,
ac Condriaco fere adjacet.
d Ignotus mihi locus iste ; haud multum di-
screpat, nec a præcedente ita remotus est vicus
Chau vieux dictus. [Champdieu succursalis eccle-
sia sub parochia Montis Brisonis, in diocesi
Lugdunensi.]
e Aliquot hujus fere nominis loca in Sabaudia
B existunt : ut Savona, Savery, Sarbies, Salauce : ast
velut in apographo nostro exprimitur, locum
hunc non inveni.
f Metropolim Bressiæ seor fere leucis Matisco-
ne orientem versus dissitam.
g De S. Joanne Baptista per universum orbem
catholicum culto, consule Opus nostrum ad diem
xxiv Junii ; ast præ reliquis cap. iv § iv, uti et
ibidem caput vi.
h De S. Romano, utique abbate Jurensis mo-
nasterii in Burgundia, videsis apud nos xxviii
Februarii.
i Quinque fere leucis Lugduno meridiem versus
distat.
k Monistrol vernacule : oppidulum est in Velau-
nis prope Ligerim fluvium.
l Quatuor leucis Valentia distat, ac in Tabula
Tillemontiana Charpey dicitur.
m Tribus fere leucis Valentia distat, ac in Ta-
bula modo citata Alissan vocatur.
n Forte indicatur hic Francopolis [Villefranche],
venustum oppidum septem circiter leucis Lugdu-
no dissitum.
o Burgus est in Foresio media fere via S. Au-
nemundo inter et Montem Brisonis situm.
C [Duplex est vicus S. Bonniti, uterque in districtu
Francopolitano : S^t-Bonnnet-le-Troney et S^t-Bonnnet-
des-Bruyères.]

(a) T. III. part. I, Opp. col. 386. edit. Paris. an. 1705.

p Forte locus is in Tabula Tillemontiana Mon- D
vendre dicitur, ac Valentia adjacet.

q Burgus est ad fluvium Pin septem leucis Lu-
gduno distans ; a Collumbiere vero Anthon duabus
fere leucis abest ac Rodano adjacet.

r Vide notam præcedentem.

s Lugduno meridiem versus quatuor fere leucis
distat, ac vicus S. Aunemundo proximus est S. Mar-
tinus dictus.

t Ignotus hic mihi locus. [Solaise ecclesia succur-
salis sub parochia S^t-Symphorien-d'Ozon, in ho-
dierna diocesi Gratianopolitana, Dépt. de l'Isère.]

u Similia huic in Borbonio, ut Cousaget, Cres-
saget, Ecousaio, occurrunt nomina ; hinc fortasse
perperam locus hic in apographo nostro exprimi-
tur.

x Confirmationis, ut videtur, id enim Sacra-
mentum a presbytero (adi theologos Scholasticos
de hujus Sacramenti ministro) præeunte Pontifi-
cis licentia valide et licite conferri potest : quam-
quam forte et de alia quadam unctione id intel-
ligi possit, uti de simili recte Menardus in Notis
et Observationibus in Librum Sacramentorum S.
Gregorii Papæ (a) observat in hunc modum : Sed ii,
inquit, non mediocriter hallucinantur, qui scribunt
ejusdem esse virtutis chrismari seu ungi in vertice
a presbytero, ac chrismari in fronte ab episcopo. E
Hæc enim chrismatio verticis non est Sacramen-
tum, nec gratiam ex opere operato conferre, nec
Spiritus Sanctum donare valet : sed datur, ut intel-
ligat baptizatus, se ab eo die Christo capiti tam-
quam membrum conjunctum esse, atque ejus corpo-
ri insitum, et ex ea re Christianum a Christo, Chri-
stum vero a chrismate appellari, etc.

y Vienna trans Rodanum quinque leucis distat
vicus hic, ac in Tabula i parte ad lit. s citata
S. Petrus de Bove dicitur.

z Insula hæc Lugduno adjacet ; ast parochia
hæc in tabulis Blaevianis, ni illa sit, quæ la Ciere
dicitur, non reperitur.

aa Civitas episcopalis est in Delphinatu ad Ro-
danum fluvium.

bb Urbs Galliæ ampla et perculta in colle in
Occitania, Velaunæ provinciæ caput prope Ligerim
fluvium, episcopalis sub archiepiscopo Bituricensi,
sed ab ejusdem jurisdictione immunis
dicitur aliter hæc urbs Ancicum. Baudrandus ad
verbum Podium. Vide plura apud eundem ad
verbum Ancicum, et quædem in Commentario
prævio § iii num. 50.

cc Vide Annotata lit. præced.

dd Urbs Galliæ in Alvernia provincia vix uno
milliari a Claromonte urbe distans in ortum, unde
etiam sub ipsa sæpius comprehenditur, et aliquando
dicta fuit Clermont-Ferrand, sed revera separatur.
Baudrandus ad verbum Mons-Ferrandus.

DE B. THEODORICO

ALEMANNO PRESBYTERO CONFESSORE

EX ORDINE CARMELITARUM VENETIIS IN ITALIA

SYLLOGE.

C. G.
CIRCA ANNUM
MCCCLXXVII
Ob defectum
Actorum, for-
te

Quod aliquoties doluerunt Majores nostri,
nempe suas ad manus plurimorum virorum
illustrum, Sanctisque aut Beatissimis adscripto-
rum, qui sacrum Ordinem B. Mariæ Virginis
de Monte Carmelo præclaris virtutum suarum

exemplis illustrarunt, Acta non devenisse id,
nobis pariter non immerito dolendum esset de
B Theodorici Vita, si hæc uti Segerum Pauli
testari ait Lezana in Annalibus Carmelitarum ad
annum 1377, reipsa conscripta foret a Joanne
Grossi

A Grossi Tolosano In Opusculo de Sanctis Ordinibus Carmelitani: cum enim hic scriptor, utpote qui ab anno 1389 usque ad annum 1430 generale Ordinis Carmelitani magisterium gessit, et proinde B. Theodorico, circa annum 1377, ut ajunt, defuncto, suppar extitit, pleraque hujus gesta optime perspecta habere potuerit, quemadmodum elucubrata ab eodem Beati nostri Vita non posset non summe aestimari, et ut auctoris maxima auctoritate præditi factus nostro de Actis Sanctorum Operi inseri, ita quoque ejusdem jactura non posset non ægre ferri. Verum num illud reipsa præstiterit, seu sat prolixam, ut apte Vita dici potuerit, gestorum B. Theodorici historiam exararit laudatus Joannes Grossi, dubium facit, quod idem Segerus Pauli conscriptam Beati nostri Vitam citans, pauca admodum in medium proferat, quæ in gestorum ejusdem Compendio, ab eodem magistro generali part. II Viridarii Ordinis Carmelitani concinnato, non legantur.

numquam scriptorum, exhibetur tantum

2 Etenim, testante Lezana, Segerus Pauli in suis ad Mechliniense Kalendarium, varios ex Ordine Carmelitano sanctos sanctitatis fama illustres viros complexum, Observationibus ex citata a se Vita nihil aliud collegit, quam B. Theodoricum ex fratre Converso factum esse clericum et presbyterum et sex patrasse miracula; jam vero hæc miracula, unico excepto, leguntur pariter in dicto jam exhibitioque (a) Speculo Carmelitano a R. P. Daniele a Virgine Maria gestorum Beati Compendio seu Elogio; qua de causa modo suspicor Segerum Pauli, dum B. Theodorici Vitam a laudato magistro generali conscriptam fuisse ait, nihil aliud, quam ipsummet gestorum Compendium seu Elogium, ab eodem Joanne Grossi concinnatum, designasse. Fateor quidem ex hoc Elogio nullatenus erui B. Theodoricum, priusquam clericus sacerdosque fieret, extitisse, ut Segerus Pauli ex citata a se Vita collegit, fratrem laicum seu conversum, atque hinc etiam aliquatenus innui, dictum gestorum Compendium a citata a Segero Pauli Vita esse diversum; at vetusta Viridarii Joannis Grossi, in quo Compendium illud existat, MSS. exemplaria, ejusdemque, quæ anno 1507 procurata est, editionem Venetam inter se non convenire monet in Notatione prævia ejusdem Viridarii editor R. P. Daniel a Virgine Maria: quid itaque si alia exemplaria aliis extiterint auctiora, unoque tali auctiori exemplari Segerus Pauli usus fuerit, et in eo, quod in aliis exemplaribus non habebatur, B. Theodoricum in religiose suæ vitæ initio extitisse fratrem laicum seu conversum legerit? Ut sit, cum citata ab hoc auctore Beati Vita, si hæc a concinnato per Joannem Grossi Actorum Compendio distincta ponatur, a RR. PP. Daniele a Virgine Maria, et Lezana, qui ambo scriptores antiqua Ordinis sui monumenta diligentissime inquisierunt, in lucem protrahi nequiverit, cæterisque etiam omnibus, quos consului, ejusdem Ordinis scriptoribus ignota fuerit, eandem quoque a nobis minime repertum iri existimamus, ejusque loco ex Joannis Grossi Viridario, part. II Tom. I speculi Carmelitani edito, gestorum Beati Compendium, seu ejusdem Elogium hic exhibemus.

breve Beati Elogium.

3 S. Theodoricus natione Alemannus. Hic domans carnem suam quotidie, supra nudum ferream portavit lorica. Unde

Carnetenus ferrum portans diu, vanaque sprevit Cordetenus, Sanctum tandem lux cœlica plevit. Iste Sanctus, petita et obtenta licentia superiorum

(a) T. I, part. II, p. 140, num. 605, p. 265, num. 1099 et t. II p. 756, num. 2550. — (b) p. 220, num. 952. — (c) p. 695. — (d) Ad

propriam provinciam deserendi, peregrinationis causa Romam pervenit, ubi multa fecit miracula. Quandam enim generosam puellam, graviter a dæmonio vexatam, præsentis urbis Romanæ senatore cum comitibus diversis, misericorditer liberavit. Demum gloriam mundi fugiens venit ad civitatem Senarum, ubi primo in præsentia multorum cuidam surdo auditum restituit; secundo vero, dum populo prædicabat verbum vitæ, quædam mulier ejus interfuit prædicationi, et Sancti Viri aliquod desiderans videre miraculum, in elevatione Corporis Christi vidit Trinitatem in confirmationem sui desiderii. Postea veniens Florentiam, quamdam puellam claudam, nullum habentem rectum membrum in toto sanavit. In conventu vero Venetiarum, ubi ejus Corpus gloriose quiescit multis clarens miraculis, XIX die mensis Octobris ab hac luce migravit. Quædam autem mulier cæca cum cappa Viri Sancti oculos suos tangendo atque tergendo visum recepit. Multa crebra miracula meritis istius Sancti Confessoris fiunt ad laudem et gloriam Conditoris omnium in ipsa ecclesia, in qua ejus gloriosum Corpus quiescit, quæ ibidem multum pulchre depicta sunt.

AUCTORE C. G.

4 Simile Elogium, sed paulo magis contrarium, habet Joannes Palæonydorus Hollandus initio sæc. XVI defunctus, in Fasciculo tripartito parte II idem II Speculi Carmelitani (b) edito, Palæonydorumque secuti sunt Didacus Coria in Chronico Carmelitarum, Biscarretus in Palmilibus Vineæ Carmeli, alique passim ex ordine Carmelitano scriptores; at singularia quædam tradit Philippus Metius apud Lezanam tom. IV Annalium (c) his verbis: Beatus Theodoricus, Germaniæ quondam provincialis, cum reverendiss. priorem generalem in Terra Sancta residentem visitasset, rediens terra et mari tanta (intercedente divina gratia) edidit miracula, ut omnium ore apostolus Terræ Sanctæ diceretur. Mirabilis fuit suæ carnis domitor; super nudum etenim corpus ferream quotidie portabat lorica. Charitate in fratres et pietate in Deum fuit insigni. Qui cum magistratu suo fuisset bene perfunctus, tandem in conventu Venetiarum diem clausit extremum anno 1310 miraculis et vivus et mortuus excellens. Ejus intercessionibus Veneti his etiam temporibus nostris gaudent.

Alia quædam quæ de eodem narrantur, sunt fabulosa.

5 Quam hæc sunt magnifica, ita vellem antiquiorem aliquem auctorem produci, qui eadem confirmaret; verum id neque præstare potuit laudatus Lezana, qui in Annalibus ad annum 1377 ita loquitur: Quis fuerit hic Generalis, quem in Terra Sancta (B. Theodoricus) visitavit, et quomodo dicatur obiisse anno 1310, cum Palæonydorus, Coria, Munos et Biscarretus, imo Philippus a S. Jacobo in Catal. Vir. illust. Ord. circa hoc tempus (annum videlicet 1377) obiisse dicat, pronunc prætermittimus, donec clariora innotescant, neque a quoquam præstitum iri puto: anno enim MCCXXXVIII, uti Papebrochius tom III Maji (d) docet, decreta ceptaque fuit Ordinis Carmelitani ex Oriente in Occidentem transmigrationis, et septem annis post, seu anno 1245 generalis prior Alanus ex Syria et Terra Sancta, pro majori parte a Turcis occupata, in Europam transiens exceptus fuit in Alysfordiensi Angliæ conventu, ibique abdicanti Alano a patribus in Capitulo congregatis suffectus fuit B. Simon Stok, qui deinceps, uti in dicto Capitulo decretum fuit, semper in Occidente remansit, neque ullus postea prior generalis in Oriente demoratus fuit, quem proinde B. Theodoricus, si Metio, anno 1310, si vero aliis scriptoribus diem XVI Maji, p. 634, num. 4.

credimus,

AUCTOR
C. G.

credimus, circa annum 1377 defunctus, in Terram Sanctam visitatum ire nequit. Dubitari etiam potest, an reipsa Beatus noster Carmelitarum per Germaniam provincialis extiterit, quandoquidem inter eosdem neque (a) laudato Palæonydoro, lib. III cap. XIII quosdam Germaniæ provinciales recensente, neque a Lezana, qui ex Capitulis Generalibus, ab anno 1348 usque ad annum 1373 habitis, tom. IV Annalium (a) plures enumerat, referatur; sane sola Metii auctoritas illud nobis indubitatum reddere nequit, tacentibus cæteris ex eodem Carmelitano Ordine scriptoribus, quibus etiam quoad tempus Beati emortuale potius adhæremus, quam soli Metio aliis omnibus refraganti.

Pluribus claruit Beatus miraculis.

6 Etsi vero ex dictis Philippi Metii narratio fabulosa quædam adjuncta habere videatur, ex laudatis tamen supra Joanne Grossi et Palæonydoro certum est, Beatum nostrum a jactis religionis vitæ fundamentis (fecit id, ut in Notis MMSS. ad Aciem bene ordinatam Philippi Visitantini lego, et a Carmelitis Coloniensibus, teste Gelenio lib. III Syntagmate 43 de Coloniæ Agrippinensis Magnitudine, creditur, in conventu Coloniensi) austeram admodum vitæ rationem tenuisse, cuius indicium est ferrea lorica, a monachis Camaldulensibus, ut in Vita B. Dominici Loricati ad diem præcedentem edita legere est, frequenter etiam usurpata, quam super nudam carnem suam gerebat, talemque etiam evasisse ad vitæ sanctitatem, quam Deus in vita æque ac postobitum mundo testatam facere dignatus fuerit crebris miraculorum signis, in dato supranum. 3 Elogio ex parte, recensitis; ex parte, inquam, recensitis, quia plura alia post ejus obitum mox asseruntur fuisse subsecuta, a Marco Antonio Alegri de Casanate in Paradiso Carmelitici Decoris generatim etiam perstricta hisce verbis: Venetiis tandem (B. Theodoricus) spiritum immaculatum reddidit Christo. Ibi incorrupto Corporis exuvio manens, magna veneratione recultus, a morte miraculis clarus, cæci ab eo visum, surdi auditum recipiunt, et debilis quisque sospes a sepulchro regreditur ejus, et vel levissimo pallii ejus tactu multa mira operantur a Deo. Similia habet Philippus a Sanctissima Trinitate Historiæ Carmelitanae cap. V et Petrus Wemmers in Chronico ejusdem Ordinis (b), qui et addit eundem ob crebra, quæ ad ejus sepulchrum facta fuerunt, miracula semper pro Sancto fuisse habitum, quod quam verum sit vel ex eo liquet, quod uti a laudatis Joanne Grossi et Palæonydoro, in Speculo quoque antiquo Carmelitano, anno 1507 Venetiis typis edito, Sanctus nuncupetur, et a cæteris omnibus, quos consului, ex Ordine Carmelitano scriptoribus Sancti aut Beati titulo insigniatur.

publicoque cultu honoratus fuit.

7 Scriptoribus Carmelitanis accedunt Miræus in opusculo de Origine et Incrementis Ord. Carmelit., Gelenius in Sacris et Piis Fastis Agrippinensibus, et Molanus, qui in Usuardi apud Solle-rium Auctaritis ad hanc diem ita habet: Ipso die Sancti Theodorici Confessoris Ordinis Carmeli. Nec dubitandum est, quin mox ab obitu crebrescentibus ad Beati Viri tumulum miraculis, cæpta etiam mox fuerit in Carmelitarum saltem Venetiis ecclesia publica ejusdem veneratio, et deinceps tantopere fuerit aucta, ut hanc demum ad totum Ordinem Carmelitanum extendere visum fuerit Capitulo Generali, Romæ in conobio

S. Martini anno 1564 congregato, cuius jussu D Kalendario Breviarii, eodem anno editi, ad XV Octobris diem hæc inserta sunt: Theodorici confessoris ordinis nostri, Duplex. Sane Beati nostri cultum ex hoc capituli generalis decreto non sumpsisse initium, sed eundem jam dudum ante habitum dictum capitulum generale viguisse, suadet Kalendarium antiquum MS. Conventus Mechliniensis, ante annum 1500, imo verosimiliter, ut observat, qui ejus egraphum ad Majores nostros transmisit, circa medium sæc. XV excavatum, in quo ad XIX Octobris ita legitur: Theodorici confessoris non episcopi ordinis nostri: suadet id pariter codex MS. sat antiquus ex bibliotheca ducis Altemps de origine Ordinis Montis Carmeli, a Lezana laudatus, qui Theodoricum nostrum inter Sanctos seu Beatos Ordinis cappis albis depingendos reponit: neque etiam congregati in capitulo generali anno 1564 præcipui ex sacro Carmelitarum Ordine Patres tam solemnem B. Theodorico per universum Ordinem cultum decreturi fuisse videntur, nisi ad id cæpta jam dudum Venetiis, continuataque ejusdem publica veneratio eos incitasset.

8 Porro desiderunt jam pridem idipsum decretum, quo Patres Romæ in Capitulo congregati Festum Beati nostri ritu duplici celebrandum sanaverunt, Carmelitæ observare, officiumque de eo ecclesiasticum recitare: postquam nimirum pontificio Gregorii XIII præcepto obstricti fuerint ad recitandum Breviarium ad normam Breviarii Romani, a Concilio Tridentino emendati, correctum, in quo nullum de B. Theodorico officium exstat; verum dicti Breviarii correctio hac solummodo de causa facta fuit, ut illud remotis inde incertis et apocryphis scripturis (verba sunt laudati Pontificis in decreto approbationis Breviarii correcti) minusque probatis Patrum sermonibus expunctis, Antiphonis quoque et Responsoriis juxta Scripturæ ordinem collocatis, cum Breviario Romano conveniret; et proinde idem Pontifex correctum hoc modo Breviarium Carmelitis præscribens, omnem cultum Beato impendi solitum nullatenus voluit abrogare. Itaque quemadmodum præfatum Pontificis præceptum non obstat, quominus sacræ B. Theodorici Ecclæ deinceps etiam in veneratione haberi potuerint, ita quoque nos impedire non debuit, quominus eidem, cum Beati tamen potius, quam Sancti titulo, quod ejus cultus extra sacrum Carmelitanum Ordinem non videatur fuisse propagatus, in Opere nostro locum daremus. Vellem nunc particularia quædam de publica veneratione, hodieque verosimiliter Beato Viro exhibita proferre, ideoque ad R. P. Priorem Carmelitarum Venetorum litteras dedi, rogans ab illo desuper edoceri; at hactenus responsum non accepimus, quapropter hic cogimur finem facere, plura prolaturi in hujus tomi Appendice, si hæc opportune fuerimus edocti. Hactenus scripseram, cum litteras Venetiis recipio omni humanitate plenas, quibus R. admodum Pater J. Augustinus Barcella exprovincialis et prior conventus Veneti dignatus est nos præter expectationem docere, nulla ibidem superesse vestigia venerationis publicæ, olim certe, ut ex præcedentibus liquet, B. Theodorico delatæ.

qui hodie, ut edocetur non amplius viget.

E

F

(a) p. 694. — (b) p. 616.